CUm beatissim⁹ pater comoraret in illa bene fortunata tantoq; decorata pontifice Dertusa / cui ipse paulo ante presuerat / & tempus nauigationis instaret / quasi repentino motu hora ferme tertia post meridiem; die Martis; octauo idus Iulij eiusdem anni / nimio estuante calore egressus est in portum memoratu dignum / qui vulgo dicitur de Ampolla a prefata ciuitate quatuor leucis distantem non tamen tali ac tanta stipatus caterua; quanta tantum stipari pontificem oportebat. Nemo enim tam intempesta hora ipsum abiturum arbitrabatur. Itaq; cum fama ad aures omnium peruolasset / videres archiepiscopos /

episcopos illustres ac nobiles p̄ inuia & inac-
cesa arbusta & rupes pererrare; suum beatifi-
cum ducem ac aurigam (mirabile visu) asse-
quentes. Et ne longa prefatione fastidiosus
videar; magna pars comitatus ad predictum
portum in noctis crepusculo peruenerat. ac
expedite sanctissimus pater; cū sua insigni &
preclara familia triremes ascendit; que licet nu-
mero octo cum scapha vulgo vergatin appel-
lata; principem ecclesie festiue receperunt. suis
tormētis igniuomis (vt moris est) Hic beatif-
simus pater in sequēte diē ob tēporis intēpe-
riē permāsit. Recreationis tamē causa paucis
comitātib⁹ ante solis occasum eodē die; quo
illuc appulimus in littora exiens dū esce pa-
rabant huc & illuc deambulabat. Post coe-
nā in sua nauigia reuersus est. Namq; ab ho-
ra quarta noctis haud paruo remigū labore;
totā noctem nauigauimus.

CINGRESSVS DESCRIPTIO

q; vrbis Tarraconensis.

Tertia vero hora post solis ortū; sexto id⁹
Iulij adiuius Tarraconē. Ceterū beatif-
simus pōtifex quāuis ex nauigatione aliquā
tulū fatigatus; suę laudabilis consuetudinis

(quam multis retro annis obseruauerat) memor; priusq; urbē ingrederetur in cœnobiū diui Dominici extra muros missam celebrauit. Interea autē clerus & magnates urbis cū plebe accingebātur Christi vicariū recepturi. Quē nō parua solēnitate & iocularib9 pōpis / in suā introduxere antiquam & celebrē ciuitatē / ecclesiamq; arte & ingenio illustrē / in qua cum orationē prelibaret / ad archipræsulis properauit palatiū. Vbi non segniter se gerens in negotijs expediendis classeq; paranda / quam aliquā diu demoratus expectauit / nec non centuriones missos ad milites conscribendos; vt simultates tumultusq; Italicos pacaret / prestolatus est. Quorū gesta breuiter suis locis recensebimus: nos tamē cū essemus in procinctu nauigationis / a negotijs q; aliis quantulū vacaremus / hāc urbē & eius antiquitatē & prouinciā describere non ab re fore putauimus. Erat enim ista inclita ciuitas quōdā Romanorū emporium; caput q; prouincię *Tarraconensis* / iuxta veterum descriptionem ferme duplæ ad Hispaniam vltiorem. Hanc urbem Romani quasi propriam stationem sibi vendicabant. Quorum monumēta ac litteræ in eis sculptę; atq; colosseum

Tarraconensis

ad Romani amphitheatri exemplar sunt eu-
dens argumentum. Hęc meridiem versus ad
mare nostrum adiacet / murorum ambitu &
situ satis munita; licet tempore quo floruerat
numero inhabitantium copiosior fuerit; vt ex
ipsa murorum ruina perpeditur. Causam ve-
ro depopulationis non aliam / quā defectum
aquarum fuisse arbitror; id quod vetuste ci-
sterne vnde aq̄ pluuiialis haurit; ostēdūt. Cō-
tinet p̄terea ecclesiā canonicorū regulariū iā
predictā / cui subsūt sex episcopatus Barchino-
nēsis; Ilerdēsis / Dertusēsis / Urgelēsis; Gerū-
dēsis / & Elnensis . In hac nonnulla corpora &
sanctorum reliquie coluntur / est etiam domus
quedam conuentualis satis insignis / vbi anti-
quitus regulares vescebant canonici / quæ ve-
terē magnificentiā vr̄bis demōstrat. His delis-
batis / interrupta resarciamus . Cū animus itaq̄
pōtificis esset / q̄ breuissime trāsfretare / ac vi-
sere apostolorū basilicam ; post longam tan-
dem nauium triremium / militumq̄ expecta-
tionē; in die festiuitatis intemeratę virginis /
quę ob niuis miraculum celebratur / ad por-
tū omnes conuenerunt. Tantaq̄ fuit sanctissi-
mi patris letitia / vt eadem die persolutis in-
ēde sacra vesperorum solēnibus; quibus ipse

interfuit / vt exemplo suo nos instrueret / non
minori pompa & iocunditate q̄ fuit recept⁹
ad littora progreditur. Tantum vero tota illa
ora maritima resonabat strepitu bombardarum
& murmure suum pontificem conspiciē
tium / vt nemo ferme posset que agebantur
perpendere. Et prius q̄ sūmus pontifex trirem
mē conscenderet / magnatibus & notis talia
fatur. Quas laudes domino nostro Iesu Chri
sto exhibere debeamus / nec mens concipere;
nec lingua exprimere potest. Multa quidem
& antea meminimus a larga dei manu recepisse;
ac innumerabilia circa nos eiusdem benefi
cia confitemur; pro quibus ne meritas quidē
gratias egimus; nedū retulisse cognoscimus;
pre omnibus tamen hoc quod nunc omnipo
tens deus; pro sua benignitate & clementia;
in nos conferre dignatus est; omnium homi
num sensus excedit. Nunc vero post tot tan
taq̄ beneficia / que nobis diuinitus contulit /
illud de domini nostri misericordia speram⁹;
vouisq̄ omnib⁹ deprecamur / vt omnes oues
cōmissas / firmas & illesas ipse custodiat; nos
q̄ faciat eas secundum suam voluntatem &
beneplacitum firma & incōcussa fide guber
nare. Quod etiam deprecantes suffulti precis

bus de ipere virginis exoramus; ut quicquid
pro virium captu non valemus; ipse deus suo
nomine dignum efficiat. Hæc cū dixisset; comi-
ter ab illis quos diutina cōuersatione & suauis
eloquio demulserat / tristitia quadam se expe-
diuit; & gratias pro tantis laboribus agens /
mari licet fluctibus concitato se cōmissit. No-
biles vero qui illum fuerant comitati per di-
uersa itinera domum se contulere / illos felices
esse proclamantes; qui sanctissimum pon-
tificem assequebantur; reliquos vero infortu-
natos. Deus tamen secretorum cognitor; qui
non humano discernit iudicio; aliter disposue-
rat / ut inferius demonstrabitur. Cæterum no-
nulli ex familiaribus non existimabant sanctis-
simum papam die tam solenni nauigationem
inchoaturum; quoniam hæc non palam
diuulgabantur / propterea opinor / quia non
erat in animo pontificis tanta stipatorum tur-
ba onerari; ideoque aulica comitate in Hispa-
niam volebat eos dimittere. Vidisses multos
ignauos testudine (quod aiunt) pigriores ad
littora errantes; quorum alij in patriam remeas-
runt / alij difficulter ad triremes peruenere.
Quos tamen ideo pontifex non euocandos cur-
rauerat; quia nimia importunitate eos admisse

rat; tum etiam quia formidabat triremes non
posse tot hominū copias capere; quę magna
tibus patricijs q̄ viris repletę iā fuerāt. E qui
bus primus & præcipuus erat cardinalis Cę
sarinus ex præscorū Cæsarū præclaro sanguis
ne oriundus; vt suo cognomento demōstrat;
patria sane Romanus qui (vt prædiximus) a
sacro cardinaliū senatu ideo in Hispaniā mis
sus fuerat; vt eorū nomine maximo nostrati
pōtifici reuerētiam debitā exhiberet. Necnō
Lupus Hurtado vice imperiali in hac nauis
gatione fungens; in vrbe tñ alius creat⁹ fuit;
nēpe dux Suesanus comes de Cabra. Atq; il
lustris orator regis Anglorū ac ambasiator
Mediolanēsis ducisq; Ferrarię legat⁹. Et ep̄s
Feltrēsis. Quos quasi præcipuos ex omnib⁹
segregare volui; quia per lōgū esset omnium
nomina recēfere. Naues autē cēturiones cum
exercitu & innumera turba conscenderūt. In
easq; etiam vasa argentea ceteraq; pontificis
supellectilia congesta sunt. Et omnibus fere
in nauigijs receptis ante noctis crepusculum
mare grauius estuabat; propterea aliquantu
lū a littore nos oportuit discedere; & portum
versus appellatū Solō; tribus hinc millibus
passum distantem tendere.

CIL LVSTRIS ADMISSIO PON
tifici a Barchinonēsisibus facta.

DEnicq̄ equore sedato; iter profequentes labore astrictorum hominum in triremes q̄ damnatorum Barchinonā hora quarta post meridiem sequentis diei accessimus. Hęc ciuitas inter alias Catalonię præcipua nō minore ouatione q̄ reliquę / vniuersalem pastorem voluit recipere. Struxit nanq̄ pontem ligneum ab aqua ad terram vsq̄ protractum / tapetibus preciosis ornatum / vt decebat maiestatem pontificiam; & vrbis magnificentiam; quo venustius in præclaram illam ac pulchram vrbem intraret. Noster tamen pontifex cum hinc inde tantā vidisset ad hoc spectaculum in ipsum pontem concurrentium turbā / suspicatus effractionem / rēnuī illum ingredi; & terrestri gressu ciuitatem cum pōpa per celebri alijsq̄ signis lætitię adijt / & ad ecclesiam augustiorem veniens; in qua corpus beatissimę Eulalię in sacello subterraneo subtus altare recōditum est; oratione ad deū fusa voluit regredi ad sua nauigia; sed ingēs & repentinus imber obstitit. Quamobrem remanere coactus ab archiepiscopo Tarracōnensi qui tūc illius prouincię prorex erat cō-

uiuari sustinuit / ministri autē alij in nauigijs
alij in vrbe quieuerunt ; & intempeste noctis
conticiniō ecce bombardarum tonitrua qui
bus non minus infimi q̄ supremi ordinis ho
mines vocabantur ad triremes. Nam illud si
gnū omnibus erat comune; necq; quisq; ni sta
tim adfuiisset expectādus erat. Qua de causa
multos ex familia pontificis; tum ob horam
importunam ; tum ob celeritatē nauigationis
remansisse suspicor. Quorū aliqui postea in
nauibus militaribus in Italiā euecti sunt; alij
vero cum necq; nauulum persoluere possent ne
q; victum haberent / ad sua redierunt; & licet
fuerit magna præssura ascendēdi nauigia; so
liciti lincibus & scaphis / ad suas triremes o
portune peruenerunt. Secundo vento die Iouis
ad portum de Santiliu hora vesperorum cō
cessimus; sanctissimus vero pater cū primatis
bus in oppidū descēdens / visitata ecclesia ad
coenobium monachorum quod ppe aderat
coenatum veniens / statim se contulit in trire
mem. Et classe quamprimum aptata in portū
cognomine sancti Poli perueniens; ibi perno
ctauit. Et licet portus de Palamox sit cæteris
celebrior / quia tamē peste laborabat intactū
reliquim⁹; die Veneris adueniente luce; nauig

d

gatione continua ventum est ad portum qui dicitur Lacala de calella distantem nouem miliarijs; quo triremes conuenerant. Nuntiatumq; fuerat; quedã nauigia cū duabus biremibus quas fustas apellāt / prope adesse; qua propter oportuit nauigationem subsistere / quousq; per exploratores veritas patefieret; qua cognita intrepide hora tertia post meridiē p̄fecti; post solis occasum venim⁹ in portū cognominatū de Rosas; vbi illa nocte quie uimus. Et proxima die magna nauigantium copia; ad diuina audiēda reficiēdūq; corpora in p̄dictū locū de Rosas cōcessit; propterea q̄ classis vsq; ad meridiē nō esset discessura. Hic portus situs est in emporijs vulgo Lampurdã; feracissima puincia Catalonię; in qua proscripsi q̄ vulgo dicūtur delats; & possunt apellarī profugi; versantur. Cuius prouincię caput est Gerūda quã Gironã dicim⁹. P̄dicta hora opposito vento lacertis remigū; maritimã orã legētes iuxta oppidū Cadaques trãseuntes leui cursu petiuimus promōtoriū nūcupatum Cap de creus; vulgo significat cabo de cruces.

CNAVIGATIO SVMMI PONTIFICIS postq; orã soluit ab Hispaniarū finibus.

ET cum clauiger apostolicus ageret in His
paniarum finibus / & ad limina Galliarum
vtrumque maritimam Gallicam oram / an altum le
gere expediret ambigebamus quoniam tur
tius est multo iuxta litteras uti remis; quam passis ve
lis periclitari in fluctibus: quia non omnibus
venti fauent / & si a rege Franciae illac trans
seudi fides publica data esset / noluit (ut reor)
noster papa se illi credere. Quamuis multi ex
familia cum iumentis tum vectorijs; tum sar
cinarijs / precepto pontificis per Gallias illesi
& incolumes transierunt. Tandem satis con
sulte habita deliberatione fuit decretum / ut
sub diuina protectione / mari appellato Gol
fo Narbonensi vento aliquo modo prospe
ro / nos committeremus. Et quia pelagus istud
latissimum est infestissimum piratis & sarra
cenis; more nautarum nomen sancti Lauren
tij / cuius vigilia illa die obseruabatur / per om
nes triremes in signum tessere indictum fuit.
Huius beatissimi martyris die / cum ven
tus infestus flaret / viribus miserorum re
migum nauigare coacti sumus; quia iam hinc
inde nimium a terra semoti occingebamur.
aquis. Vespere autem nonnulli ex nautis ter
ram Franciae aut Italiae se cernere testabantur

nos vero inexperti licet nihil intueremur; nō
minus in lætitiā hoc auspicio concitabamur;
vt tātā ponti vastitatem euaderemus. Post
coenā premissa pontificis salutatione magno
tubarum clangore; applausuq; virorū tor-
mentis q; igniuomis (vt fieri solet) ante no-
ctis crepusculum cantores tum papæ / tū Cō-
chensis episcopi; in cuius trireme vehebātur /
Salve regina solēniter decantarunt. Quorū
concentus suauissime resonabat; atq; exple-
to cantu / designatoq; nomine beatę Barba-
rę pro noctis custodia; (vt moris est) aura
foelici; resumptis viribus / ad pristinum labo-
rem fuerunt compulsi illi miseri remiges; ma-
gnaq; parte noctis labori incumbentes / ante
diluculum littora Massiliensia transiuimus /
quæ nostra classis (forsanne se committeret
Francigenis) noluit attingere; & orto iam so-
le ad ripas Prouincię nauigando / cuius prin-
cipalis ciuitas est Asagis; etsi indigenarū nu-
mero fuerit copiosior Massilia. Insulas com-
perimus Erroias nomine tres aut quatuor in-
habitas (vt opinor) formidine piratarum.
Et hac die prospero vento solutis velis / ves-
pere (vt consuetum est) accepto nomine bea-
tæ Magdalenæ pro primis duabus noctibus

per caput de Monterros appulimus ad insu-
lam beatæ Margaritę diuisam paruis aqua-
rum canalibus; quibus ad eam difficile pate-
bat aditus triremibus. Adiacent præterea insu-
le Canoes; vbi celebre est monasterium san-
cti Augustini: huc accessit orator marchionis
Mantuani / satis (vt decuit) magno comitatu
stipatus. Deinde in aliam insulam tendimus
vbi est cœnobiũ ordinis sancti Benedicti /
cuius monachi ob absentiam abbatis suplici-
ter deprecati sunt pontificem / vt ædem illam
sacram vifere dignaretur. Ad quorum preces
sua custodia munitus beatissim⁹ pater in ter-
rã descendit: & cum monachorum pompa so-
lenni venerabilcm illam domũ ingressus; sum-
ptuq; cibo nulla media intercapedine tēporis
pari solennitate reuertitur ad inceptã nauiga-
tionem. Interea autē aliqui ex turba peragra-
bant insulam / alij vero aquã & necessaria de-
ferebant; & adueniente pontifice / omnes vno
signo conueniunt. Et hæc cum alijs adiacenti-
bus insulis subsunt regis Frãciæ ditioni. An-
te vero q̄ inde discederemus / episcopus de
Grassa illius conuentus abbas / festinanter ad
deosculandos pōtificis pedes / scapha strenue
parata veniens / honorifice a pontifice fuit re-
d iij

ceptus / quē ideo in lincibus multi sequeban-
tur / vt desideratam sui pastoris faciem intue-
rentur; non tamen vacui sed vvas & poma fe-
rebant; quæ omnibus liberaliter more Gallie
co impertirentur. Hinc per angustum cana-
lem / qui potius flumen q̄ mare videbatur; vt
pote cuius aquæ breuitas vix triremibus ipsis
sufficeret transeuntibus per littora Prouinciæ
vsq̄ ad Antibol perreximus / deinde ad muni-
cipiũ de Naca; quæ est ducatus Sabaudie tra-
siuimus. Quas celebres prouincias & vrbes
medius fluuius interfecat. Eas tamen nõ attig-
imus; eoq̄ morbo epidimie afferebantur in-
fecte. Hac eadem causa pernoctantes in por-
tu de Villafranca de Niça iussu p̄tificis absq̄
commercio inhabitantium quieuimus / licet
alacriter suis bombardis & signis alijs hilaris-
tatis nos salutauerint; & nisi pontificis impe-
rium obstaret / libentius exciperent. Huc re-
gis Gallorũ orator accessit; quem p̄tifer no-
ster animi lætitia; oreq̄ renidenti suscipiens /
breuiter expeditũ remissit. Hinc portũ Isam-
nuncupatum adiuimus / qui licet strictus; sa-
tis tamen amœnus erat. Quapropter ibidem
beatissimus cum suo comitatu aliquãtulum
demoratus est.

DESCRIP TIO SIT V S Q M V
nicipij de Monago.

DEinde municipium de Monago distans
duobus vel tribus miliarijs a preceden
ti subiimus quod natura (propterea quia fi
tum est in promontorio ad modum peninsu
le; quod paulum excurrit in mare contra me
ridiem) & manus artificum inexpugnabile
reddidere/ cuius pretextu Genuensibus inuis
tis multo ante (vt aiunt) vsurpatum detine
batur per quendam equestris ordinis virum
Genuensiu potestatem minime veritum. Nec
mirum: quandoquidem municipium ipsum
plura propugnacula contineat: muros & an
temuralia; necnon in superiori parte Aquilo
ne versus turrin ad propugnatione satis ful
cita (vbi municipij dñs morabat) instar castel
li multis hinc inde munita greis tormētis: qui
b9 vt pōtificē exhilararēt; lætitię signa munis
cipes ostēderūt. Et quāuis dñs de Monago
ad triremē pōtificis ipius pedes deosculatur9
veniēs multa polliceret; deprecatusq; esset in
stantissime; velet domū & locū visere; dñs nñ
noluit assentiri; imo neq; portui accedere. Et
sic suo fūct9 officio regress9 est; ac extēplo ab
ei9 portu; q̄tuor triremes Genuēses exierūt:

d iij

quarū dominus Andreas de Oria exul a die
expugnationis Genuę; profugus exulabat.
Multa enim damna ipse cum factione sua
in illius ciuitatis calamitate & ruina pertu-
lerat/ut inferius suo loco dicetur. Et parum
a portu discedens/huc & illuc nauigando no-
strā classem versus; fœdera pacis igniuomis
tonitribus demonstraui/cui nostri inuicem
responderūt;et quamprimum ad ipsummet
portum remeauit;forsitan timens nostram na-
ualem militiā:quoniā (vt fama erat)dux ipse
Andreas tunc partes Francię sequebat̃: qua
ex causa non est ausus nostras adoriri trires
mes. Et iussu centurionum; inscio (vt reor)
pōtifice omnia nauigia & milites Andree de
Oria animum ignorantes parabantur ad ar-
ma. Et eo fortassis Andreas tam cito in suam
stationem se recepit. Ac cum multi nobiles p-
uinciales/ suis scaphis ad recipiendam bene-
dictionē a pontifice aduenissent;eundem An-
dream inter eos aduētasse ferebatur id quod
minime compertum est;necq; opinandum qui-
dem;virum cautum & prouidum; tam facile
se Hispanis hominibus credidisse. Cūq; hinc
in littora Ligurię tederemus;in qua etiā Mo-
nago iā dicta continetur;hisq; uisitationib;

nō nihil moraremur / mare nullo agitātū ven-
to estuare ceperat. Quod cum tūc denuo nau-
uigantes cōspexissent; illorum animos timor
inuasit. Propterea ambigebatur inter peritio-
res; vtrum redire ad portum de Villafranca;
an recta tendere tutius esset. Tādē placuit
pontifici vltterius progredi; quoniam in votis
erat (& nō leuis affectus) vt vīseret limina Pe-
trī; cupidus præterea componendi inter Chri-
sticolas pacem; atq; gerendi negotia / quæ ne-
quaq; extra urbem Romam agere ac finire
posset. Cuiusmodi zelus dom⁹ dei cureq; pa-
storalis neq; in mari nec in terra pontificē diu
sinebat morari. Omnium præterea anim⁹ cū
voluntate pontificis vnus erat; ideoq; in pera-
gēda nauigatione minime detinebatur. Pro-
gredientes igit̄ e regione nostrę classis quam-
dā nauem non procul a piratis captam cōspe-
ximus; idq; (vt delatum est) iussu Andree de
Oria / quod vix credendum opinor. Vt cūq;
tamen fuerit; cū vergantinus & alia nauigia
puppim illam oppressam circumstarent; nos-
tram prospicientes classē; sicut nebule ante
solem repente euanuerunt. Ad illam vero
Christi vicarius accedēs; liberam abire iussit.
Cumq; triremes nostras sequi non potuisset

solam in fluctibus agitatum reliquimus. Ad rem igitur / a qua digressi sumus; redeamus. Die sequenti vigilia assumptionis intemerate virginis Marię oppido cognominato sancti Stephani appropinquantes / in ipsius eede sacra / Christi clauiger rem diuinam fecit. Et hinc postridie assumptionis sacro sancte: in loco qui dicitur Portusmarinus / in cœnobio fratrum minorum extra muros; idē pontifex maximus idē sacrificium secreto fecit; vt turbam vitaret; quę nequaquā poterat arceri / ita tamen vt illius diei solenni sacro publice decantato impartiretur benedictionem: ac paucis astantibus / prorsus continuo audita oratione declamatoria / per loca secretiora pergendo ad nauigia / hominum turbam euasit; tanta enim erat multitudo fidelium hominum quę suplex ac obediens: vt sūmum pontificem cerneret / illiusq; sacros pedes oscularetur conuenerat / vt illorum subinde se subtraheret aspectibus / idq; vt expeditius nauigatio nostra perageretur. Prius tamen q̄ inde solueremus / accesserunt Genuensium iussu ad comitandum pontificem quinque triremes; ad eundemq; in quo eramus portum venerunt / quę ab alijs tormentis igniuomis (vt

v b

fieri solet) fuerunt salutatae; cumq; illa turba
que visura pontificem venisset; in scia de ipsi
discessu doleret / ruebat quippe cateruatim p
motes & littora / neq; sat explicari potest qua
ta auiditate suu queritabant pastorem. Nos
vero nauigationem nostram; prosequentes;
ad insulam appellatam de Ruenga prope ci
uitatem Nolensem memoratu digna accessi
mus. Vbi (vt aiebant) talis vigeat inuiolabi
lis consuetudo; vt nullus posset struere nauem;
nisi & simul turri aedificasset; vnde tot turri
bus est munita; qd suo loco lati9 explicabim9.

DE INGRESSU PONTIFICIS
in Saona ac iocunda a Saonensib9 facta receptio
ne / & concordia regis catholici cu rege Fracia
initisq; nuptialib9 contractibus cu regina Ger
mana / eiusdemq; urbis situ.

Nauigatione aut prosequendo; alijs; quo
ru narratio non iniocunda esset / breui
tatis causa omisis; decimo sexto cale. Septe.
appulim9 ad inclita ciuitate Saonensem; came
ram imperij. Vbi honorificissime fuit exce
pt9 Petri successor / & in ipsi9 ingressu (vt co
lectari potui) quedam oratore nomine senat9.

Saonenſis orātem auribus (q̄ aiunt) obturatis pertrāſiens pōtifex; eodē honore / clero & preſtantioribus viris / cum cruce & palio per gentibus / auguſtā eccleſiam eminentiori parte ſitam; episcopali dignitate illuſtrem / eſt ingreſſus. In hac coitur corpus ſancti Octauiani; ac conſuetudine pontificis reuerētia exhibita deo; orōne ad dñm habita bñedictione q̄ preſentibus data / paulo poſt ad egregiā domū Tidenſis episcopii; vnaq̄ archipreſulis Auinionenſis (vbi prandium opipare domino noſtro ſuiſq̄ comitibus paratū erat) veniens; ante q̄ ad menſam accederet / in loco ſecretiori diuina ſacra perſoluit. Et cum iam ſtratis menſis; lautisq̄ cibarijs appoſitis gratias deo ageret; non ſolum pro munere ſpirituſuali ſoluto / verum etiam corporali ſumendo / reliquis autem prælatis & equitibus ipſi⁹ mādato in altis toris aliquātulū ſemotis; ſuo ordine ſedentibus accubuit. Series autem cōuiuij talis fuit. Apponuntur ex abaco lancee argenteę & timpana cum ceraſis & prunis / vniſq̄ recētib⁹ / & perſicis pomis / nec deerāt vina generoſa / albū adeo pellucidū vt aquā putares ſolo aſpectu; & flauum / & nigrum / dulce / acutum / lene; ſuaue; auſterum; vt pete

ret quisq; ex animi sui appetētia. Deinde im-
portātur artocreae & assa edulia; pulli; perdi-
ces; palumbuli / cuniculi; et vitulina caro. Eli-
xē vero caponum / gallinarum; arietinę boui
næq; carnes; & idgenus alia cum cōdimentis
aptioribus / vt ea malis q̄ carnes. Quę singu-
la referens (ne videar prolixus) volui præter-
mittere. Afferuntur etiam cytronia / & oliuæ
Balearicę in muria asseruate; pira; caseus mul-
tiplex. Colliguntur analecta / datur deinde
aqua odorifera lauandis manibus. Peracto
tādē cōuiuio / suo more solitus noster pon-
tifex gratias deo egit / deinde impendit quas
debit hospiti; qui tam solenniter & egregie
illum exceperat. Post gratiarum actiones tol-
luntur mātilia; & mappę; deinde vero sternū-
tur secunde mēse paulominus oppipare prio-
ribus; quas munificētissimus archipresul ob
iocundum aduentum tāti hospitis; sterni fece-
rat comitatu; vt qui ex clara illustriq; profa-
pia Iulij magnanimi pape originem duceret;
animo namq; & magnificentia emulus. Iulij
nēpe industria tēpestare nostra / patrimonio
ecclesie Rauena; multa q; alia loca accesserūt.
Pontificatus tamen illius tempore; illud im-
mane schisma / seu cōciliabulum in toto orbe

terrarum diffamatum profiluit. Cuius captus fue-
rat dominus cardinalis a Carvajal. Atque huius-
modi occasione successit conflictus ille hor-
ribilis inter Hispanos sequentes partes Iulij;
et Gallos inherentes factioni predicti domini
cardinalis. Quod vulgariter dicitur la bata-
lla de Rauena. Cæterum ut ad rem redeamus
quanuis prandium fuerit opulentissimum de-
creuit predictus dominus Auinionensis pres-
sul pontifici nostro illiusque comitatu ad coe-
nam non minores sed pares aut lautiores es-
cas parare. Decuriones itidem Saonensium
beatissimo pape xenia obsoniaque donauerunt.
In hanc eandem inclytam urbem rex Ferdin-
andus cognomento catholicus a Neapoli re-
diens & rex Francie olim conuenerant; et tam
splendide & opipare (sicut ab indigenis acce-
pi) Gallorum rex excepit regem nostrum; atque
Gundifaluum Fernandez ducem cognomine
magnu; qui primas in Ferdinandi regis milita-
tia tenebat; ut facile explicari non possit. Fer-
rebatur tamen ad regum mensam sede humilio-
ri in memoriã & honorẽ gestorum memoratum
ducem comedisse. Qui dexteritate & armorum
virtute nram Hispaniam semisepultam belli exer-
cizio sublimauit. Tanta quippe erat regis cas-

urbis
rege
omnia
facia
quam
optum

tholici prudentia / forsan cauentis subrepens
tia Hispaniarum bella ob administrationem
regnum Castellę defuncto iam rege Philip
po charissimo principe / vt qui paulo ante fer
me expulsus in Neapolim trãsfretauerat; sub
nuptiarum prætectu reginę Germanę pacē
cum Francorum rege iniret. Cum sapientis
sit maturo consilio prouidere futuris. At rez
gum solennijs expletis repotĩsq; solutis / al
ter in Hispaniam cui ex animi sententia cun
cta succedere; alter in Italiam deuenerunt. In
hanc (vt eo regrediamur vnde digressi sum⁹)
urbem Saonam se contulerat Hieronimus a
Dorno imperialis dux frater Genuensiu duc
cis egregio comitatu stipatus / visendi gratia
pontificis / nōnullaq; cum eo comunicandi.
Et licet videar aliquantulum a proposito di
uertisse / non ab re tamē; quia indignū duxe
rã; sub silentio præterire festiuã letitiã solēne
q; cōuiuũ; & urbē tā illustrē. Atq; eadē cau
sa describere volui sitū amœnitatēq; illi⁹ vr
bis. Adiacet enim ad mare n̄m oriētē versus
habet amplū portum; calculosum tamē / &
inaccessibilē; q̄a Genuēses vidētes urbē suã /
vbicq; notissimã a mercatoribus deferit; et Sao
nē fieri comercia; lapides ingētes (vt aiūt) in

prædictū portum proiecerunt / vt magnis nauigijis nemini liceret adire Saonā. Habet etiā ad meridiem castrum arte et situ munitissimū omniumq; iudicio vrbs ista intus & extra est forma elegāti. Mulieres huius ciuitatis ornantur mundo satis honesto; absq; palijs; crinib9 collectis sub calāticis / nobiliores vero matrone etiam singulæ incedunt sine pedisequis indutę vestes talares; vtuntur soleis paruis non sandalijs; ideo fortassis; quia maioris staturæ cernuntur Ligures (vt experimento comper tum est.) Vtinam ornatu simili Hispanę femine abiectis vulpinis caudis & examine ancillarū illas imitarentur.

DE MOESTA AC LVGVBR

receptione pontificis a Genuensibus paulo ante expugnatis facta.

Quibus obiter vt cūq; expeditis / quid tum auriga noster egerit audiamus. Expleta cœna triremes conscēdunt omnes Genuam versus nocte illa nauigantes; quam ex oriente sole adiuimus; paulo post ipsi9 excidium & ruinā. Quo circa & si magna moestitia ex præterita expugnatione Genuenses adficerentur; tamen cum foelicem tanti ponti

tificis aduentum perfēssissent; tã ex vrbe q̄ ex
castro / & ex nauibus in portu astantibus tot
globi bellici iactabantur / vt facilius sit admi
rari q̄ scribere. Et hac solennitate portum ac
cesimus; cui a terra inhærebat ponticulus li
gneus / quo dux noster augusti⁹ intraret / ibi
tunc proclamatum est a clero & maiorib⁹ na
tu princeps ecclesiæ Sit tu⁹ aduentus fœlix /
præsentia salua / Gaudet in aduentu turba de
serta tuo Gaudet & exultat / iubilat / lætatur
ouatq̄ . Ac confestim eodem ordine & cele
britate petunt ecclesiam ; que caput atq̄ me
tropolis totius Ligurię est. Interim parantur
solenniã missarum / que dulcissimo concentu
celebrata fuerunt / illico visit erarium sacrũ /
quo / inter venerãdas sanctorũ reliquias que
ibidem a seruãtur / catin⁹ in cœna domini ce
lebratus; vt ex loco euangelij elicitur / fuit mi
rabilis visu. Qui est tantĩ valoris vt non faci
le estimari queat. Tanta vero conuenit circũ
dãtis populi vndiq̄ turba / auiditate videndi;
vt dum inuicẽ sibi impedimẽto fuissent; pau
ci eorũ aspectu preoptato potiti sint. Adiacet
pterea extra sacrũ erariũ in sacello sancti Ioã
nis Baptiste; tumulus lapideus / supra colum
nas marmoreas / vbi seruantur fidei custodia

*de Lan
romap
miesi u*

e

diui Baptistæ reliquię; quibus reuerenter ve-
neratis; summus sacerdos in palatiũ progressus
est; reliqui vero hospitabantur / prout cui li-
bet occasio se offererebat. Hæc vrbs in toto ter-
rarum orbe celebratissima pōtifici illiusq; co-
mitatui biduo epulas non miuus affluentescq;
suaves est impartita; vberius q; factura esse
videbatur; ni clades illam obruissent. Nam
quæ inter Italicas vrbes elegãtior erat; super-
ba cecidit. Genua genuisti Esau & Iacob in
vtero bellantes; & peperisti Adornos; ac Fra-
gosos filios discordię. Qui cum principes ci-
uitatis esse cōtēderēt! (cū nec Roma duos fra-
tres; nec apes & grues duos principes habere
potuerint) ruinam! tibi intulerunt. Quis eni
cupiditate dominãdi inflamatus; vel fastu do-
minationis elatus desiderat habere consortes
aut quis auarus querit suarum opum partis-
cipem; Nemo inquam. Quapropter inuicem
dissidentes alij Cæsareas alij vero Gallicas
sunt sequuti factiones. Adornij enim exules
& profugi; e quibus præcipuæ Hieronymus
Adornus suorum dux Hispanorum Germa-
norumq; ascuerunt exercitum / quorũ fauore
Fragosos Gallorũ partes tuentes expelles-
rēt. Et cū marchio de Pescara militię ductor;

plusq̄ ciuiles cōcitationes perpēderet; captas
ta oportunitate/qua facilius posset urbē illā
in Cæsaris obedientiā reducere/ solerter pro
perans; eam circunquaq̄ ex parte oriētis Ger
manico exercitu; ex parte vero occidentali
Iberico obsederet. Et tandem post aliquot
dies Fragosos allicere nititur; vt urbem in im
peratoris obediētā tradere velint. Aduersa
rū vero omnino recusabant; eoq̄ iussu regis
Gallorum in ipsorum auxilia accesserit stre
nuus ille dux Petr⁹ Nauarr⁹ comes; p̄pterea
etiā q̄ milites Corsicos ad septem milia stipē
diarios pro vrbis propugnatione obtinerent.
Sed illorum cōtumacia; cum in dies singulos
cresceret; oportuit ex Hispanorum partibus
tormēta igniuoma admouere & prosternere
muros; atq̄ stricto foramine audacter Hispani
adoriūtur urbē; & in ipso ingressu nōnulli
cōfligētū ceciderūt. Ac breui tempore Ligu
res cum suis stipēdiarijs / nostratibus cessere.
Hispani autem in urbē / vt hostes irruentes/
que damna; quas necesse intulerūt expugnatis/
prudens lector consideret/ quod latius histo
rici memorię mandabunt/ ad quos lectores
iplos remittimus / hæc breuiter nunc dixisse
se contenti. Nec facile est credere tantam

& tam munitam urbem militibus præsertim (vt
Gallis Corficisq; eam propugnantibus / illo
maxime vnico duce Petro Nauarro suffultâ
paulo ante euerfionem (defenfionis causa in
eandem ciuitatem ingreffo) expugnari tam
facile posse. Cum præcipue indigenis afferentibus /
suorum militum copia maior fuerit
numero q; nostrorum. Postmodum vero cū
Germani intellexissent tandem urbis expu-
gnationem / confestim nemine impediēte eā
inuaferūt. Ac barbarico more / nunc occiden-
do; nūc vero diripiēdo mœstā vastabāt cla-
moribus urbem. Non est profecto Genua
quisq; cui nisi tibi & tuis ascribas & imputes
erumnā. Ceterū inter captos præcipuos; per-
ducti sunt Neapolim Octavianus Fragosus
Genuensium dux; comesq; Petrus Nauarro
cum plurimis nobilibus. Sed dum Franciæ
rex captus detinebatur Vrsarię que Madrid
vulgo dicitur / cōtraheretq; nuptias cum dñā
Leonore sorore imperatoris; q̄a int̄ alias for-
deris conditiones; stabilitū est; quoslibet hinc
inde captiuos libere posse ad propria remeas-
re. Et quoniam dux Petrus Nauarro in liber-
tate positus; regi Francorū potius q; suo ser-
uire maluit; imo in illum & in ipsius exercitū

(vt modo diximus) rebellauit sub iudice ac
voce præconis Neapoli capite plexus est; post
tot præclara facinora insigniaq; facta pœnas
quidem graues duras q; iure tamen debitas
perfoluit. Huius superbe & elegantis ciuita-
tis situm & pulchritudinem sigillatim nolui
describere propterea q; dominus doctor Di-
dacus Lopez de Stuniga Complutius ele-
gantius & copiosius in suo explicauerit itine-
rario.

DE ADVENTU DUCIS ME-
diolaneusis Prosperi Columna, marchionis de
Pescara, Antonij de Leyua aliorumq; militum
in Genuam ad deosculandos pontificis pedes.

Hic pedes pontificis deosculaturi vene-
rant dux Mediolanensis; & Prosperus
Columna; & marchio Pescara; atq; Antoni-
us de Leyua magno Hispanorum Italarumq;
comitatu circunsepti. Quos beatissimus pa-
ter vultu sereno amplexus est. Hi (vt fama
erat) instantissime supplicarunt pōtifici; vt eos
militesq; suos; a deuastatione prædicte vr-
bis dignaretur absolueret. Quod nullatenus im-
petrantes; ad proprias redierunt stationes. At

ne longius digrediamur; eadem solennitate
qua erat receptus; dempta illa solenni pompa
post biduū ad portū beatissimus pater perue
nit; ibiq; quam breuiter expeditus nauigatio
ni intendens animum; in portum nuncupatū
Portufi decē & sex milliarijs a Genua distan
tem accessit; illumq; noster ductor ingredien
do/ seruata prius cōsuetudine/ uisitauit eccle
siā diui Georgij; in qua ipsius reliquæ sub sa
cello colūtur; quem ex citeriori Hispania ac
colę a Catalonia ortum; passum Tarraconę;
in promontorium/ quo nunc ueneratur; tran
stulerunt. Genuenses uero ossa sacra Genuā
traducere pluries tentasse dicuntur (quia mi
litare symbolum eorum est Georgius; ut His
panorum est beatus Iacobus & Venetorum
diuus Marcus) quotiēs autem translata sunt;
toties in suam basilicam asseriebant esse reuer
sa. Ex diui itaq; Georgij ecclesia in pomariū
quoddam/ cōnatus pontifex intrauit; pera
ctaq; cœna in triremem proficiscendi gratia
progreditur. Cuius mentem omnino prorete
nitebantur explere; ex quibus nonnulli se
niorum ob tempus importunum/ ne triremē
solueret; hortabantur. Tandem ipsis inuitis
mouetur classis/ quā uehemens imber parua

a porta intercapedine semotam magno labore
re et periculo in eundem portum compulit re
dire / quæ si aliquantulum vltra progredere
t; non sine iactura magna nauigaremus / quod
meritis nostri ductoris nos incolumes euasif
se / minime ambigitur. Itaq; adeo inualuit se
mel exorta tempestas / vt cogeret per quatridu
uum inuictum pontificem a nauigatione de
sistere / ac de more his diebus secreto sacra li
babat; nihilominus tamen in prædicta ecclesia
diui Georgij audiebat missam publice ac so
lenniter a cantoribus celebratam. Atq; fama
erat / nullum principem illuc appulsum; quin
aliquot dies ab equore estuante fuisset deten
tus / quod experimento excelentissimi im
peratoris Maximiliani Genuam acceden
tis nec non nostri clarissimi regis catholici a
Neapoli redeuntis eadem perpeffi / com
probatur / & in nostro pontifice proprijs ocu
lis vidimus; quos omnes fidei tutores ea
dem cœperat domus / quæ nequaquã mi
nima vocari poterit / quandoquidem hos
pitio tot ac talium virorum fuerit illustra
ta. Ceterum postq; maris seua tempestas se
data fuit / intentam prosequentes nauiga
tionem / ad portum Veneris iuxta oppidum
e iij

de Spetie ante solis occasum accessimus; & in
cœnobio littori adiacente / pontifex cœnatus
est. Interea autem nonnulli recreationis causa
descenderunt in terram / institores vero nauis
giorum aquatū misere seruos . Tādem sum
mo ductore nostro cum toto comitatu in tri
remes ascendente parantur bellica tormenta
milites & arma expediuntur; eo q̄ nūtius asse
reret; nauigia Turcarū / quę vulgus fustas vo
cat / nō lōge a nostris existere; tamen cū neq̄
ibi / nec alibi Turcarū aliorum ue offendic
lum nobis obstaret; imo prospere omnia suc
cederent / armorum tumultus omnino cessauit.
Illa vero nocte vel ob lūne oppositionem
vel formidine piratarum in illo portu perno
ctauimus.

DE ACCESSU PONTIFICIS
*in Liburnum; quem quinque cardinales expecta
bant.*

Die autem illucescente labore astrictorū
remigum inter littora Pisana; & insulā
appellatam Gorgonam; appropinquauimus
Liburno. Vbi aderant quinque per quam illu
stres cardinales Clemēs de Medicis; qui beas
tissimo Adriano in pōtificatum successit. Per

tructius; Cortona/Rodulphus/sumū pōtifi-
cem expectantes/et ex portu castroq; & mu-
nicipio ac triremibus/in ipsius introitu prof-
pero innumera tonitrua belligera (vt talem
decebat foelicem aduētum) emittūtur. Et cū
tota iam classis iuxta oppidum esset aggrega-
ta:magnificentissimi cardinales in vno mono-
remo vergantino (vt ita dixerim) ad maximi
antistitis pedū oscula delati sunt; Quos ipse
pñssimus hilari vultu animoq; læto vt fratres
ecclesieq; columnas suscepit. Et exhibita obe-
dientia; vna cum pontifice magno a trireme
sunt egressi/atq; scaphis & lintrib9/in Libur-
num supradictum ventum est. Et nullus car-
dinalium in monoremo pontificis aderat pre-
ter illum reuerendissimum Clementē de Me-
dicis/cum quo summus antistes quasi succes-
sionem prelagiens/& clauēs regni cœlorum
illi relinquendas/familiarissime confabulaba-
tur. Et iuxta portas Liburni quasi ad rem no-
uam excita plurima turba conuenerat / con-
gratulās vtiq; tanti pontificis aduētui; & ipso
primo ingressu/consuetudinem sibi/ac exē-
plum omnibus seruans; ecclesiam visitauit; &
oratione habita; hospitium/quo splendide oīa
ad coenandum extructa erāt/adiuit. Namille

e v

liberalissimus cardinalis de Medicis plures
vaccas; vitellas; gallinas/ panem/ vinum/ &
tempestiuos fructus sanctissimo patri omni-
busq; illius triremibus splendidissime obtu-
lit. Ac ne dux noster suum comitatum videre
tur longa mora deferere/ ante noctis crepus-
culum/ cum tota familia ad suam triremē re-
uersus est. Vbi propter imbres & vētum; qui-
bus mare concitabatur/ illa nos oportuit no-
cte/ ac sequenti quiescere die/ vbi sunt quæ-
dam monimenta memorię digna/ castrum nē-
pe primo aspectu inexpugnabile; est præterea
in ipso mari parū a litore femota turris quæ-
dā; quæ de Mala hora vulgariter dicit̃. Quā
ferunt Catalanos sanguine Ligurū vice aque
ad calcem stringendam in vindictam veteris
injurie edificasse. Distat Liburnū a Pisis no-
uem milliarijs/ cuius portum veteres appella-
uere Pisanum; propterea fortasse quia quon-
dam comertium Pisanorum agebatur in eo.
Sed vt institutum prosequamur/ secunda fe-
ria/ prima noctis vigilia/ foelici aura classis to-
ta mouetur/ ac ex oriente sole in oppidum ce-
lebre de Pomblim die Martis conuenimus
ibiq; alacriter sumus excepti; & alacrius hos-
pitaremur; per dñm oppidi & municipes; si

ductor n̄r fineret nos terram attingere. At ne
prosperū amitteremus tempus; illac transiuis
mus oppido intacto / quod quidem continet
tria castra; cuius dominus nullius paret impe
rio. Et quia canalis de P omblim est adeo ce
lebrat⁹; vt fere nullus ignoret: paucula de eo
subnectā. Tibi lapicidina magnetis prope mu
nicipium foditur / ex qua nō parū emolumen
ti prouenit domino; tum etiā multę insulæ ad
iacent; quarum præcipua Corsica nominatur.
Sunt etiā alię appellatę Hierna; Claueria /
Planosa / Mons christi Elxio; & aliæ / quas
dicunt Formicas de P omblim. Est etiā in
sula Ceruitroya; preterea insula del Genuit;
& mons Argentarius quę quidem circundāt
prædictum canalem / atq; illarū occasione cre
bra pericula piratarum Turcarumq; & Mau
rorū contingunt circa eas nauigantibus.

CINTROITVS IN CIVITATEM
Cētūcellarū quæ vulgo nūcupatur Ciuitauieja.

ET (vt reuertamur ad locū; vnde discessi
m⁹) eadē v̄tī foelicitate perreximus ad
portū Herculis; quē eadē causa intactum res
linquētes / ipsa die vigilia noctis secūda appu

limus Centumcellas; in quas; quia portus cal-
culofus erat; vsq; in diem Mercurij illucēte
minime descendimus. Quoniam absq; peri-
culo facilis non erat accessus; Et cum beatissi-
mus pater Centumcellas intrasset; veterē ap-
pelatam urbem tota ciuitas gaudijs suffunde-
batur foelici aduētū sui pastoris ac domini.
Et hanc primam terrarum ecclesiae ciuitatē
ac patrimonium attingens antistitum maxi-
mus vt vsum pium custodiret; precipuam vi-
sitauit ecclesiam. Auditaq; solēniter missa (vt
tantum decebat virum) ad palatium redeun-
do vt peculiare sibi fuerat rem diuinā exol-
uit. Vbi aliquot cardinales aderant; atq; non
nulli nobiles Romani; expectantes dominum
suum / ibiq; familia pontificis in palatio ipso
tinellum (vt ita loquar) Romanum agnosce-
re cæpit; quo se familiares vescendi gratia cō-
ferebant. Mansitq; ibi sanctissimus dominus
illa die vsq; ad occasum. Interea vero urbem
& castrum nondum consumatum cellas cen-
tum (vt fama erat) & nomen vetus ciuitatis
adhuc continens / munitumq; instrumētis fer-
reis; necnon aquosa fouea ferme cinctum visi-
mus. Quod quidem postq; fuerit perfectum
inexpugnabile fore creditur; dū defensorijs

munitionibus non caruerit. Tandem cū iam omnia essemus intuiti; & sol a nostro hemisphærio ad Antipodas discessisset beatissimus pontifex ad triremes deueniens; prima vigilia noctis aura secunda continuando nauigationem / hora nona ante meridiem in urbem Hostiensem Tyberinasq; vndas appulit / qui inter omnes primus cum suo dilecto doctore de Agreda in vno monoremo per Tyberim Hostiam versus paulo ante meridiem aduenit. Et cum classis vellet suum sequi ducem; ostium Tyberis obstitit. Aditus enim nequaquam profundus; sed prope vadofus est; propterea ad pelagus regredi oportuit. Et cū iam foelix pōtifex in tuto maneret; subito fretum vento agitatum efferabatur adeo; vt vix liceret nobis absq; periculo littoribus accedere. Quam ob rem nonnulli nostratum grauia discrimina sunt perpeffi. Veluti apparuit in magnificentissimo domino episcopo Abuzensi. Cuius pars supellectilis perijt; pars vero madefacta difficillime in terrā delata fuit. Alij autem grauiora pericula passi sunt; qui desidia aut ignauia; in triremibus remanētes; post viginti demum dies in urbem nobiscum se contulerūt / per maria & per terras errātes.

Quia nulla statio in tota Romana & impors
tuosa plaga tuta triremib9 vsq; ad Caietã re
periebatur. Quo exemplo docemur quantũ
sit discriminis inter sollicitudinem & ignaviã
At qui post naufragiũ sospites ad littora eue
cti sunt; quasi ex hostibus æstibusq; liberati
letabantur. Vidisses nempe archiepiscopos/
episcopos/oratores; duces & eqtes; literatos
ac alios huiusmodi; huc & illuc oberrare par
tim iaciẽtes oblectamenti causa lapides/ par
tim vero deambulantes.

CFINIS NAVIGATIONIS FA

*Etã ad ostia Tyberina ac lautũ conuiuium car
dinalis a Caruajal Hostiã custodis.*

ET tandem voti compotes; urbẽ Hostiã
parũ semotã a mari/ pedestres sub ardẽ
ti sole ingressi sunt. Vbi illustrissimus domi
n9 cardinalis a Caruajal castri & urbis custos
pape epulas lautas & copiosas/ pontificiãq;
parauerat clientele. Pomeridiana vero hora/
noster antistitum maxim9 quinq; aut sex car
dinalibus comitatus ad urbem Romam trib9
leucis inde distantem progreditur. Et quia in
parua illa vrbe iumenta non reperiebantur/
minima pars presulũ & nobilium equitãs po

terat suum aurigam assequi. Ac propterea ex ordine equestri sua nobilitate accensi: pedes-
tres; nonnulli vero in curribus; ac rusticorum
iumentis prout fors cuiusque acciderat; ipsa vel
sequenti die in diui Pauli eodem ordinis sancti
Benedicti extra urbis muros; in qua sanctis-
simus hospes illa nocte fuerat conuenere. Ibi
que dominus Hincfort (de quo infra habenda
est mentio) iussu pontificis fercula copiosa illi
eiusque famulis parauerat. Et cum iam in limi-
ne essemus; audacter asserere audeo: quod licet
papa per tot maritima loca pertransisset & car-
dinales magnatesque cum eo colloquerentur; ad-
huc ex Hispanis in Italiam minime aduentas-
se credebatur. Cum pro certo haberent; non
tam breui ex Hispania expediendum; & meri-
to; cum nemo excursorum eum preccederet
illius aduentum denunciaturus. Quia immo
tamquam ad suum obitum deproperans; anteibat omnes.
Et utinam ipsius nomine prefectum mitteret
sicut putabatur; ut ipse in negotiis tam graui-
bus deliberatius ageret; quia necessarium est tem-
pus; ut aliquid maturius agatur. Et cum iam eius
aduentus in notitiam omnium propalaretur
vespere illo multi ex urbe auiditate pontificem
videndi; in predictum coenobium peruenerunt.

CCELEBERRIMA INGRESSIO
pontificis maximi in urbem Romā.

Sequenti vero die Veneris quarto calendas Septembris post solis ortum/exierūt ab vrbe reuerendissimi cardinales/præfules/consules/oratores/decuriones/officiales curiæ; milites stationarij; qui pro custodia pontificis ad primam portam sacri palatij alternis vicibus deputantur; numero ducenti; necnon equites eiusdem custodię diuersa arma ferentes. Et cum comunis pastor; suo spectabili decoroq; vultu cunctos admisisset; vnus cardinalium ore omnium toti9q; sacri collegij sua uiter affatus est/offerens obsequia tanto pontifici debita/ac sacro sanctę apostolicę sedis debitam obedientiam. Deinde vnusquisq; oratorum vice dominorum velut Christi vicarium Petriq; successorem; ac Romanum pontificem agnoscebat; atq; vniuersali pastori rei publicę Christianę obedientiam prestabat. Quorū vnus in hæc verba prorrupit. Si vlla vnq; hominum memoria; documentis aperitissimis est declaratū; res humanas diuina ministrari prudentia/id beatissime pater; te pontife maximo/coelitus constituto luce clarius aparuit. Salutifere atq; adeo proclementer/re

rū omniū opifex ac moderator deus de excel
so sancto suo misericordes oculos in popu
lum Christianum conuertit; cum te Adriane
sexte in isto folio collocauit. Iā enim eo pro
cellarum ac tempestatū adducta erat Roma
na respublica: vt propediem foret per extre
mum naufragium peritura / nisi te per oportu
ne ecclesiæ gubernacula capeffēte. Quis enī
ambigat; quin ille sis futurus; qui summa sa
piētia animiq; magnitudine / vniuersos Chri
stianos; omni non modo calamitate sed & ca
lamitatis erumnarum q; formidine; que hinc
a Mahometica rabie; inde a venenatis hæresi
bus impendet; plane liberares. Cur enim de te
non sperentur maxima quæq; & salutaria;
in quo videmus ea inesse omnia; que in sūmo
viro / in summo principe / in sūmo pontifice
requiruntur. Diuino certe afflati spiritu; sa
cratissimi isti patres; te præ omnibus vnū de
legerunt; ad dominicum gregem truculentissi
mis vndiq; lupis circumseptum pastoralī cura
ra ac vigilantia conseruandū. Non enim clam
& furtim; non ambitiose aut subdole ad sum
mū pontificatum irrepisti; sed cū nutu quo
dam consilio q; diuino; tum vero vno & cla
ro & eodem cardinalium omnium iudicio /

f

atq; consensu qui vt colis semper & honoras
& quotidianis sacrificijs semper p̄caris Chri-
stū Iesum / ita diuinitate suffragāte; foeliciter
auertes quicquid aut ab immanissimis Turcis
ac heresib⁹ possit accidere incōmodi. Vt ad id
nō tā reprimēdū; q̄ omnino cōprimēdum; &
alios excites. Et quia tempus breue ne fasti-
diosus videar; subliſto. Et foelix ac prosper
(vt speramus) tuus sit aduēt⁹ in sanctā et apo-
stolicam sedē; q̄ & nomini tuo ad laudē im-
mortalē; atq; vniuerſe Christiane reipublice
ad salutem & trāquillitatem sit accessura. Ce-
teriq; præſules & magnates vt apostolicū pa-
trē venerātur; vna voce dicentes. Benedictus
qui venit in nomine dñi; putātes per eū eccle-
siā esse reformādā; quib⁹ clemētissim⁹ noster
papa breui cōpēdiore spōdēs. Obsecro (inqt)
vos columnæ ecclesie reuerēdissimi cardina-
les per viscera n̄ri redēptoris; necnō præſules
oratores; magnates; reliquaq; astātiū corona
iuuare me precibus; vt & spiritus gratiæ ma-
neat in me ac ne iudicia de me vestra frustra
tur. Quid enim tā insolitū tāq; pauēdū; q̄ la-
bor; iniungatur fragili; sublimitas humili; di-
gnitas nō merenti; & tamē nō difidim⁹; neq;
deficiem⁹; quia nō in operibus n̄ris; sed in illo

cōfidimus; qui omnia operatur in nobis. Di-
uina nāq; dignatio; quę me indignum in sum-
mū gradū prouexit (iuxta apostoli verbū)
idoneū ministrū ad tantū onus subeūdum fa-
ciet. His dictis assentiunt omnes; collaudātes
deum/ qui talem suo gregi dignatus est exhi-
bere pastorē. Hęc & similia hinc inde affati
sunt verba/ quę nec mens mea concipere; nec
calam⁹ scribere posset. Quare cōtent⁹ ero ius-
dicio lectoris estimanda relinquere; q; accura-
tū⁹ perpēdere poterit; quę & q̄lia in tāta accla-
matione vltro citroq; acta fuerint. Deniq; ma-
gno iubilo hora nona feruenteq; sole sanctis-
sim⁹ presul cū ingēti caterua: a predicto mona-
sterio egredit; et tali ordine ac pōpa; urbē ver-
sus p̄cedit. Equites quos sancta sedes habet/
vt alijs viā facerēt anteambulones præibant
eos secuti sunt pedites custodię. Cōtinuo scu-
tiferi cū reliquis officialibus curię vestib⁹ ru-
beis insigniti. Vltim⁹ vero magister domus
cū prælatis domesticis gradiebat. Postremo
autē parafrenarij sacrā maiestātē ambibant.
Nam de more est ob dignitatis pōtificialis ex-
cellentiam vt nullus quantæcunq; dignitatis
eius lat⁹ regat. Et illico eū sequebant̄ reuerē-
dus domin⁹ doctor de Agreda p̄ medic⁹; &

magister Petrus præcipuus camerarius / qui
bus cōsuetudine seu prerrogatiua speciali ta
lis locus conceditur. Et statim illustris atque
conspiciuus cœtus cardinalium sequutus est.
Postremo autem oratores; consules; magna
tes & nobiles; deinde turba plebeia; que ad spe
ctaculum nouum accesserat / qui omnes & si
disparis gradus / compositi tamen ordinatiq;
procedebant. Nimirum cum tanta esset fama
sanctimonie literatureq; sanctissimi viri; vt
quasi infœlix quisq; putaretur qui faciem eius
non cerneret; vnaq; voce clamabant. Benedi
ctus qui venit. &c. Existimantes per eū eccle
siam renouandam; atq; omnia reducenda in
sanctorum patrum pristinum statū; quod ma
xime ipse mēte cōceperat licet non fuerit exe
cutus; ideo forsantq; fragilitas nostri tempo
ris censuram districtiōnis illorum temporum
non patiebatur. Aut fortasse (nec immerito)
quia indigebat plusculo tempore / vt matur
rius rem tam grauem conficeret; ne opera &
consilia præcipitare videretur: ordinem prio
rum pontificum abolendo; sed pia fuisset lau
dabilisq; talis cōmutatio rerū; que syncerio
rem ecclesie statum redderet / antiquus tamē
hostis impedierat / qui semper bonis operib9

insidiatur. Quia (vt verū loquar) nihil aliud
magis animo pontificis affixum persensi quā
statum ecclesie reformare: de quo aliquid in-
ferius tāgetur. Et ne multum ab instituto dis-
labamur / cum iam clementissimus pater; por-
tis appropinquaret / suo celebri ac illustri co-
mitatu stipatus; aderant fornices perpulchri
in ipso primo aditu: ad exemplar antiquorū /
cum triumphantē imperatorem de bellatis ho-
stibus Romani excipiebant / quorum vesti-
gia in vrbe adhuc extāt. Quot deinde et quā-
ta post vrbis ingressum per vicos & plateas
fuerint gesta / veluti peregrinus minime inue-
stigare potui / quia nec locus quidē prę nimia
turba singula considerandi concedebatur. Et
predicto processionis ordine: ī basilicam apo-
stolorum Petri & Pauli ac circiter meridiem
audita missa / ileco in sacrum palatium eidem
basilicę contiguum proceditur. Et propter se-
rotinam prandij horam / breui a cardinalibus
reuerendissimis oratoribus ceterisq; magnas-
tibus expeditus: ne tandiu pontifex maneret
impransus; stratis mēsis accubuit. Reliqui au-
tē cateruatim huc & illuc feruido sole in hos-
pitia domosq; diuertebant. Dies hic festus
quanuis magnę solennitatis / nostratib9 tamē

in iocundus; cum marci di ex lōga nauigatione nesciebāt quo se reciperent.

DE CORONATIONE ADRIANI PAPAE.

Beatissim⁹ noster papa; vt Romanū serua-
ret morem; iuraq; custodiret / ad suā cor-
onationē intēdit animū; priusq; aliud quidq;
exordiret; ad omne tollendū dubiū (id quod
superi⁹ tetigim⁹) posset ne papa quidq; expe-
dire ante suā coronationē; cū ī decretis quidq;
agere posse prohibeatur / maxime in. c. j. xxiiij.
distinctione cuius verba sic se habent. Postq;
electio fuerit facta; si bellica fuerit tēpestas /
vel qualiscunq; hominum conatus maligni-
tatis studio restiterit; vt is qui electus est in
apostolicā sedē; iuxta cōsuetudinē intrhoni-
zari nō valeat; electus tamen sicut verus pa-
pa obtinet autoritatē regēdi Romanā eccle-
siā; & disponēdi omnes facultates illi⁹; quod
beatū Gregoriū ante suā cōsecrationē cogno-
uim⁹ fecisse. Ac si quisq; Romanorū pōtificū
ante suā coronationē aliquid attētare p̄sume-
ret; prædictis duntaxat duobus exceptis casib;
bus præfatus tex. graues infert pœnas; cuius
lectio talis est. Quod si quis contra hoc decre-

tum nostrum synodali sententia promulgatū
quasi per seditionem; vel presumptionē / aut
quolibet ingenio electus / aut etiā ordinatus
seu intrhronizatus fuerit; autoritate diuina;
& sanctorū apōstolorū Petri & Pauli ppetuo
anathemate cū suis autoribus; & fautoribus
& sequacib⁹; a limitib⁹ sanctę dei ecclesię sepa
rat⁹ abñciat⁹; sicut antichrist⁹ & inuasor; & de
structor totius Christianitatis. Neq̄ aliq̄ sup
hoc ei audiētia referuet⁹; sed ab omni ecclesia
stico gradu; in quocūq̄ fuerat pri⁹; sine retra
ctatione deponat⁹; cui quisquis adhæserit / vel
qualēcūq̄ tāq̄ pōtifici reuerētiā exhibuerit
vel ī aliquo eum defendere p̄sumpserit; pa
ri sentētia sit mancipat⁹. Quod si quis huius
nrę sanctę decretalis sentētię temerator exti
terit; & Romanā ecclesiam sua p̄sumptio
ne / confundere & perturbare contra hoc sta
tutum tentauerit; perpetuo anathemate atq̄
excommunicatione damnet⁹; & cum impijs qui
nō resurgēt in iudicio; reputet⁹. Omnipotētis
irā cōtra se sentiat; et sanctorū apōstolorū Pe
tri & Pauli (quorū ecclesiā p̄sumit cōfūdere)
in hac vita et ī futura furorē sētiat. Fiat habita
tio ei⁹ deserta; et ī tabernaculis suis nō sit; q̄ in
habitet; fiāt filij ei⁹ orphani; et vxor ei⁹ vidua.

f iij

Cōmotus commoueatur ipse; & filij eius mēdicent / & eiijantur de habitationibus suis. Scruteē etiam foenerator omnem substantiam eius; & diripiant alieni labores eius. Orbis terrarum pugnet contra eum / & cuncta elementa sint ei contraria; et omnium sanctorū quiescentium merita; illum confundāt / & in hac vita super eum apertam vindictam eorum ostēdant. Obseruatores autem huius nostri decreti omnipotentis gratia protegat / & auctoritas beatorum apostolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absoluat. Quapropter Adrianus maximus iuris gnarus; pœnas & interminationes huius textus vt euiteret (& si ob extrauagantem prælibatam illeſamente cuncta apostolicę sedi occurrentia posset explicare) tamen quia bonarum mentium est timere culpam vbi non sit; ignari vulgine mini parcentis opinionem fugiens / quam occissime potuit inthronizationem suam facere decreuit. Igitur cum prædictam suam coronationem proxima dominica fieri destinasset; hoc biduo nihil insigne ab eo gestum esse cognouimus. Quoniam ob temporis angustiam; omnia fercula & ornamenta / cæteraq; necessaria in tātam festiuitatem / portabātur.

Et quidem omnia ita splendide copioseq; facta sunt; vt quispiam diceret; multo ante parata fuisse. Vnum pro certo affirmare audeo; qd si in negotijs futuris eam diligentiam imparitiretur noster pontifex; qualem in itinere & coronatione adhibuit; nullus predecessorum (exceptis tamen canonizatis) eum præcelleret. Et si quid remissionis illi quisq; ascriberet re vera vt testis oculis audacter assero potius officialibus imputandum / qui tarde & difficulter more Flandrorum expediebant negotia / vt experimento omnibus cōpertum fuit. Et quia sermo de coronatione pontificis incidit / inter eius gesta breui compendio eam referre cōstitui. Primum quidem; pulcherrima aurea & argētea vasa; a prefectis familie in sacellū peculiare principum apostolorū / intra basilicam diui Petri / ad ornatū & ostentationem / potius q̄ ad necessitatem allata / sua serie ponuntur. Quibus ipsimet familiares præficiuntur custodes. Deinde almus noster papa; magna celebritate in sede maiestatis suæ circumstantibus cardinalibus / magnatib; innumeraq; turba / a cubicularijs camerarijs q̄ ducitur in eadem apostolorum; ad sacellum beati Andree; ibiq; collocatur in solio; quod cœtus

cardinalium circūstat; & pręuia oratione gra-
datim genu flexo; deosculantur venerabiles
pedes. Et quā primū egrediūtur, In limine au-
tē; officialis quidā incēdit stupā; atq; procla-
mat. Beauissime pater sic transit gloria mundi
huius. Statimq; deuenitur ad propriū sacellū
beatorū Petri & Pauli; vbi eorū corpora res-
quiescūt; & cū ista maiestate in pontificali ve-
ste ipsum magna humilitate ingressus est cū
toto cœtu. Et facta oratione & confessione
nullo interuallo in ppriā cathedrā beati Pe-
tri in eodem sacello defixā ascēdit. Ac cardi-
nales primos; oratores secūdos; p̄lati tertios/
ocupāt accubit⁹. Capella tamē ipsa erat bre-
uior; q̄ vt tot caperet; vbi in eadē cathedra Pe-
tri resedit pōtifex; quousq; epistola & euāge-
liū cū cæteris missę solennibus absoluerētur.
Quibus peractis ad sacrosanctū altare perue-
niēs; cœpit ministrare; cui oratores & magna-
tes; in fastu ad manus lauādas deferuiebāt; ma-
lluuias; ac alia pro huiusmodi obsequio defe-
rētes. Missa coronationis celebratur populū
versus intuētē faciē pontificis. Solennia vero
missarū; quāta præterea & quali melodia can-
tores psalerint; & qualis fuerit loci maiestas;
tanto viro / tantisque columnis ecclesię illu-

tribus & magnatibus illustrata / tu ipse prudens lector considera; si enim vultū angelicū pontificis; dulcē vocē; ceremoniasq; conspiceres; potius diuinum quid; q̄ humanum iudicares. Et cum p̄ssimus pater illa sacrosancta mysteria pergisset; eadem solennitate; qua venerat ad testudinem templi reuertitur. Et tanta erat hominum copia; vt difficilime via ad cōrabulatum locum; vbi actus coronationis celebrandus erat / pateret. Tandem post aliquod spatium / non paruo labore ad locū deputatū ante fores basilicæ structum ornatu mirabili; deuenimus. Atq; ibidem quædam cæremonię sunt factę orationesq; recitate; q̄s in cæremonialib9 poteris legere. Nam lōgum esset omnia sigillatim describere; sat mihi cēseo (ne prolixus videar) ad pontificalē librū lectorē remittere; vbi hęc oīa lati9 tractantur. Inserere enī oīones in eo cōtētas; poti9 esset molestū; q̄ necessariū aut vtile; ideo maxime; q̄ officiū illud adeo est lōgū; vt ab hora nona vltra meridiē durauerit. Tāta nimirū mole et grauitate oīa fiebāt. Hac peracta solennitate; antistitū maxim9 cū fratrib9; licet hora in tēpestiua; ad prādiū i aulā sacri palatij spacio sã basilicę ap̄lorū cōiguā cōcessit. Vbi mēse

ac
100
(soli pontifici prima ab alijs aliquantulum se-
mota) cardinalibus vero suo ordine prepara-
te aderant; cuius prandij apparatus obiter pro-
sequar. Primo (vt a caliculis ordiar) custos
abaci scyphos exposuit aureos / ac argenteos
cum vino albo purissimo; ex oppido sancti
Martini (vi reor) quod apud nostrates His-
panos in maximo precio habetur / nō infectū
(vt solet) sed quale in eodem oppido sancti
Martini bibitur; necnon cum vino flauo atq;
rubeo. Erant preterea alia diuersa vina diuer-
si saporis & coloris; vt quisq; appetitui p ar-
bitratu satisfaceret. Post vero benedictionem
pontificalem; afferuntur vne in primis: alijq;
generosi fructus; ac continuo pulli perdicini;
phasiani; galline; capones; carnes vituline; arie-
tinæq; & cetera huiusmodi / que prudēs spe-
culator poterit consyderare; qualia quantaq;
conuiuio lauto & opiparo conuenirent. Ne-
mo enim posset omnia breui compendio per-
stringere. Et quanuis (vt fert) in similibus cō-
uiujs venena formidari solent; in hoc tamen
nullam assero toxici suspicionem fuisse. Iocū
dissima nanq; viscera pontificis / ita cunctos
inestimabili pietate afficiebant / vt nihil in cō-
uiuio infectum a quoq; credi deberet. Atta-

men reuerendissimi cardinales suos structores aule magistros; & pincernas habebant. Qui & si edulia essent comunia; vina tamen propria deferrebant. Propterea forte; q̄ crebri⁹ in haustis virus misceri experimento liquebat/hac de causa pincerne cardinalium inseruiebant poculis. Et mos iste sine iniuria inuisantis: in vrbe inuiolabiliter obseruatur. Absoluto prandio/benedictioneq̄ peracta/ ecce cantores dulciter concinentes; item magno iubilo cardinales/procures; & innumera turba comitati sunt pontificem in secretiorē camerā palatij; vnde facta copia; letus in suū quisq̄ se se recepit hospitium.

DE PUBLICA REVOCA TIO
ne indultorum in cancellaria apostolica.

Sed cum semper letitiā sequatur mœror; Siuxta illud nimirū / Salomonis / extrema gaudia luctus occupat; die sequenti post hanc transactam gloriam; ac pompam/calendis Septembris / indulta cardinaliū; a die notitię electionis suę; videlicet vigesima quarta Ianuarij; anni supradicti; esse reuocata declarari iussit. De cuius reuocatione inter alias cancellarię sanctiones; regulam edidit & publicauit

Id quod moleste pertulere illustrissimi cardinales; ideo fortassis; q̄ ipsis ignaris fuerint reuocata; vnde prouisiones medio tempore collatę indultorum gratia illusę atq̄ frustratę remansere. Sed caute atq̄ prudenter reuerendissimi cardinales pertulerunt. Deinde per aliquot dies nihil cōspiciū egit; præter restrictionē referendariorū; q̄ cū essent triginta numero eos ad octo duntaxat reduxit. Quod etiā (vt opinor) seminariū odij ī pōtificē fuit; quāuis a multis fuerit approbatū; quia tanta multitudo effrenis dispendiosaq̄ videbatur. Qua occasione officiales ceteri grauius doluerūt; propterea q̄ crederēt; totam curiam & ecclesiam reformandam. Et hic (vt diximus) fuerat pontificis animus. Considerans tamen hostis liuidus; nouum pontificem; nouum hominē; multiplici virtutū gratia vernare / machinatus est v̄redinē; qua iā exortum merito rū germē posset suffocare / ne suū propositū perficeret pontifex / cū iā viros doctos & strenuos / ex diuersis locis ad hoc opus peragendum; euocasset / eosq̄ sepe sepius super hac re cōsuluisset. At versutia Sathane & humana malitia longe aliter obstiterūt. Quapropter cum viri docti in dies minus proficerēt / sens

sisſentq; mētē papæ refrixiſſe; poſt breue tē-
pus eo / vnde euocati fuerāt / nō perfectō mo-
do / ſed neq; incepto negotio / reuerſi ſūt. Ceſ-
ſauitq; reformatio illa; quā multis antea die-
bus noſter morum ſanctorum cenſor mente
cōceperat. Poſtmodum vero ſequutę ſunt le-
gationes / quoniam potētatus / duces / magna-
tes Italię (vt eſt moris) ad ipſum ſuos nūcios
mittebant / in publica contione cauſam ſuam
perorantes. Et ſi ſecreto ſecretiora beatiffi-
mo domino exponerent / cum illa publica
narratio cauſæ / ad oſtentationē potius; q̄ ad
rei ſubſtantiam attineret. Oratores vero im-
peratoris & Gallorū regis; nō publice ſed ſe-
creto propter bella inſterna / cū pontifice ſua
negotia pertractabant. Nec nō Helueth / qui
ſtipendiū ab eccleſia recipiunt / vt in pace &
in bello ſint fideles; pretēdentes diu obſerua-
tum morē; vt quoties legatos ad apoſtolicā ſe-
dē / pro obediētia exhibēda miſſerint / expen-
ſas eis ab eccleſia erogādas ſcribentes huic ſi-
bi titulū / ſe fidei tutores; & velut patronos /
ſubindeq; hoc ſibi ius vendicant. At noſtra
tempeſtate nō iure aſſumūt ſibi titulum hūc
magna enim pars ipſorum Luteranam here-
ſim eſt amplexa. Vt cunq; tamē ſit gloria hu-

lucy
guiza

ius mundi parum duratura; ad hunc statum
eximium nostrum pōtificē per gradū euexit.
Cum primum exigentibus meritis; ac littera
tura in decanum Louani; deinde ob vitę exē
plum; in magistrum sacre maiestatis Caroli
quinti imperatoris nostri semper augusti fue
rit electus; qui eum ad Hispanias gubernan
das miserat. Vbi Dertusensem episcopatum;
& temporis successu lauream cardinalatus
atq; officium generale sanctę inquisitionis.
(et cum de virtute in virtutem cresceret)
sine cuiusquā offendiculo apicem pontifica
tus adeptus est.

CDE INFORTVNIIS QVAE
obuenerunt apostolicę sedi Adriano eam gub
bernante.

HActenus narrauimus fœlicitates prof
perumq; papę Adriani successum; qui
profecto sine cōtrouersia gradatim iure opti
mo assequutus est fastigiū apostolatus. Nūc
vero referamus casus & erumnas; quas spes
ctatissimus vir vsq; ad obitum equo animo
passus est. Hinc enim procliuis; cum Inuidia
neminem voluit in culmine rotę diu sustineat

re (secreto dei iudicio) in calamitates diuersas; vsq; ad obitū exēplo beati Iob / vt ei⁹ bonitas & sanctimonia tanq; aurū in fornace p̄baret; plap⁹ est. Nā vix se collegerat; cū oratores Vngarię regis suā afflictionē; & grūnā ab imperatore Turcarū illatam deplorantes lachrimosis singultibus proclamabāt. Pater sancte miserere; miserere reipublicę Christianę. Quando Mahometica superstitione; perfida impietas sacrosanctā Christi religionem / fidem / pietatem / vsq; adeo iam oppressit / vt vix caput attollat. Non ne vides tu pater beatissime perfidos hostes extremā nrę religionis pestem; atq; pernitię machinātes? An nō vides primarios Christiani nominis ductores nescio qua infelicissimi fati inuidia / dū inter se mutuis armis digladiantur / non modo nō repugnātes tantę Turcarum immanitati; sed eam potius per contentiones & dissidia nutrientes. Vnicus archidux Ferdinandus publicam propugnandę religionis causam sol⁹ per hoc tempus suscipit. Quapropter clementissime pater lachrymis deprecamur; vt tantę pernitię subuenire digneris. Qui vix satis desierant / cum accesserunt legati prædicti archiducis Austrię; infantis (vt aiūt) Hispania;

Handwritten notes:
Hic
de m...

rum / post modum Romanorū Vngarorum
q̄ regis / qui in hęc verba: apostasiam expo-
suerāt Luteranam. Aspice pater pientissime;
quanta iniuria vniuersus terrarum orbis ex-
peruersis & perditis moribus totus fere pro-
dierit; redemptori suo contumax ac rebellis.
Hæreses vndique pullulant; vbiq̄ erumpūt;
vbiq̄ propagantur; quibus infoelix plebs; &
ad omnium rerum nouandarum varietatem
semper exposita / velut pestifera quadā con-
tagione tabescit. A deo vt non contemnenda
Europę pars; & quæ hæctenus omni mōstro
caruit / tota sui dissimilis euaserit. Quoniam
cum religione superstitio; cum fide perfidia;
cum pietate impietas; cum veritate mēdaciū
nullo pacto cohæret. In quo tanto incendio
(ne in maiores flāmarum vortices erumpat)
extinguendo / sanctitas tua Fernandum vel
pręcipuū adiutorem habebit. Qui vt est acer-
rimus Christianę veritatis assertor / nulla dif-
ficultate perterritus; in id totus incubuit / vt
Luter⁹ iste draco; vnde hoc omne venenum
effluxit; ex miserorū mentibus eruatur. Proh
dolor voracitatem istam exortam ab ecclesia-
stico & religioso viro; sed nō nouū est q̄a (vt
inquit Hieronym⁹) veteres scrutās hystorias

inuenire nō potuit aliq̄s alios scidisse ecclesiā
& de domo dñi populos seduxisse; prēt eos
q̄ sacerdotes a deo positi fuerāt; & p̄phetæ. i.
speculatores; vt in. c. trāfferūt. xxiiij. q. iij. At
cū iā Luterus ille suę rebellionis & apostasię
plures obtinuerit/ eosdemq̄ obstinatissimos
sectatores/ nequaq̄ p̄dictā apostasiā Chri-
stianissimus archidux euellere potuit. Propte-
rea pater sapientissime accingere fortitudine
& exurgat deus; & iudicet causam suā; multa
alia eleganti stylo in fidei fauorem perorata
sunt; quę longū esset referre/ ac mihi quidem
quo ad p̄sens attinet/ sufficit tetigisse.

DE ACERRIMA PESTE QVA
negotia cessarunt.

Post modū vero per plures dies negotia
siluerūt; eo q̄ pestis accerrima in dies in-
ualescebat. Nam tēpore quo Romā adiuim⁹;
orta; singulis diebus subrepens; vsq̄ ad maxi-
mā stragē creuit. Cui⁹ p̄textu; principes ec-
clesię cardinales/ archip̄sules; ceteriq̄ p̄lati &
curię officiales/ ab vrbe secesserāt; sed p̄lati/
magnates; & nobiles/ cum cætera turba; q̄ ab
Hispania in Italiam sanctissimū patrē fuerat
sequuta; nō discesserūt; cū vidissent p̄tificem
tanquā bonum nauarchum; nauiculam Petri

tot tempestatibus fluctuantem non deserere.
Et sicut serui fideles in trāquillitate; ita in tu-
multu epidimix & angustijs inseruiebant.
Ideoq; plures e nostratib⁹; q̄ ex alijs in mor-
bidā luem ceciderunt / quia potius mori quā
eum relinquere decreuerant / vsq; ad extre-
mum halitum (vt inferius dicetur) in sua fide-
litate permanentes.

CDE MILITIBVS IN HISPA
nia conscriptis & in Italiam adductis.

Sed quoniam supra pollicitus sum: nauale
armaturam & gesta militum me recensu-
rū hic inferere existimaui. Et primū fluctus
concitatos / maris q; tempestatem / qua pene
obruiti fuerunt. Nam profecto multa & gra-
uia sunt perpessi / præcipue tempore illo; quo
fuimus in Portufi: Et rursus cū ad ostia Ty-
berina accessimus. Sed nos in portu / illi vero
in alto mari / vnde nostrum & illorum discris-
men fuit dispar. Ceterum cum omnes conue-
nissent ad portum veteris ciuitatis vulgariter
nuncupate Ciuitauieja / magno periculo &
labore / cum reliqua turba littoribus optatis
potiti sunt; & in vrbe ipsa; alijsq; locis adiacē-
tibus per aliquod tempus permanentes; infir-

mitate/aut inedia multi perierunt. Tandem
cum decretum esset/milites ad expugnandū
Ariminum proficisci debere / quam domin⁹
de Malatexta occupatā hābebat/post aliquā
cladem deuentum est ad urbem Ariminum /
quam obsidentes sunt castrametati. Vbi do-
minus Franciscus Maria cognomēto de Ru-
uere/dux de Urbino / comes de Montere-
lero/dominus de Pesaro & Senagalla/urbis
præfectus/tanq̃ feudatarius ecclesie / multis
equitibus feudum spōte offerēs affuit. Quā
præfecturam illi donauerat auunculus eius
Iulius papa; de cuius cognatione ducebat ori-
ginem/que arbitrio pontificis conceditur ad
vitæ duntaxat tempus illius/qui donat/et est
magnę autoritatis magistratus / præcipue in
coronatione imperatoris; cui præfectus urbis
coronā imponit. Que præfectura hodie ima-
go & umbra est præfecturæ priscorum; vt vi-
deri potest titulo de officio præfecti urbis. in
ff. præfectura enim omnia omnino crimina
urbis sibi vendicauit/ neq̃ tantum ea/que in-
tra urbem admittuntur; verum etiam / quæ
extra urbem/dum intra Italiam patrentur.
Quies quoq̃ popularium / & disciplina spe-
ctaculorum/necnon dispositos milites statio

narios habere; ad tuendam popularium quietem; & cura carniū & armentorum vt iusto precio vendantur; ad præfecti vrbis curam pertinet & vt breui compendio constringamus; imperator urbem fidei præfecti commiserat; vt latius in præfato titulo tractatur. Et ne diu a materia diuertamur; permulti magnates; & nobiles; in subsidium supradictæ expeditionis Ariminū venerunt. Denique tyrannus ille Malatexta; hinc inde cōstrictus post mensem ad obedientiam deueniens; ciuitatem ecclesie restituit. Et cum exercitus ferme tota hyeme; per cāpos Italie discurisset; febris crebra milites inuasit; adeo vt partem dimidiam totius exercitus obisse crediderim. Qui & si non parua iactura; terras tamen ecclesie inquietas pacauit.

COB SID IO ET EX CID IVM RHO
dium.

INter has simultates & pressuras; ecce obsidio Rhodia euestigio eminuit; cui pastor ecclesie; quanuis a munificentissimo episcopo Conchensi instantissime efflagitaretur; vt a reuerendissimis cardinalibus; ac alijs prælatis auxilia peteret; cum manifesta cunctis esset inopia sedis apostolicæ; ac ne eorum quisquam se excusaret; primus ipse Conchensis pollicebatur; se omnia

vasa aurea; & argētea allaturum; in pecunias
cōflādas / vt reliqui aut religionis gratia; aut
pudore; sua vasa deferrent; huius efflagitatio
ni assentiri noluit. Atq; a multis nobilibus &
centurionibus Hispanis interpellatus; vt eos
in subsidium Rhodum mitteret; eis concede
re noluit / tum ob similitates recētes / tum etiā
propter nimiam inopiam camerę apostolicę.
Et precipue quia prior Capuanus preceptor
militiæ ordinis sancti Ioannis se obtulit pau
cis nauibus sibi traditis Rhodijs opem ferre /
tunc sanctissimus pater zelo fidei accensus /
misit quendam ex capellanis; magistrum Pe
trum Barbirium Genuam / qui magna dili
gentia; & sollicitudine classem pararet quam
priori Capuano traderet. Paulo post allatę
sunt litterę magistri Rhodię pontifici nostro;
quibus obsidium ac statum belli significa
bat. Preterea instanter deprecabatur / vt bea
tissimus papa dignaretur / ineunte vere anni
sequentis sibi suisq; auxiliari. Vsq; ad illud
nempe tempus ciuitatem / magistros q; mi
litię / ac milites suos fore tutos arbitra
tur. Securitatē vero medio hoc tempore ma
gister militię ideo forte obtulit; q; cū hyemns
instaret / regem Turcarū deserturum castra /

& obsessionē; non immerito conijciebat. Illū
tamen omnino fefellit opinio / cum contra; eo
ardentius non in dies modo / sed in horas etiā
ciuitatem circumuallauerit / que septem cōti-
nuos mēses: per sūmas difficultates obsessa; cū
terra / tum vero mari acerime oppugnaret.
tandem expugnata succubuit. O infelix illa
Rhodiorū militū manus / que sola tā grauis
& erumnosi belli pondus molemq; sustinuit;
partim iam trucidata; partim vulneribus ac
inedia pene confecta; cum interim nullus ad
huc principum (o inauditū torporē & socors
diā) ad propugnādum suppetiasq; amicis la-
borantibus ferendum accingeretur. Heu mis-
eram atq; infœlicem Rhodiorum militū sor-
tem / o cœcas nostrorum principum mentes.
Quos tantus perturbationum stupor oppres-
sit; vt perinde ac in theatriali ludo Rhodo cas-
pta; Christiani milites occisi expectentur; nul-
la non modo classe (quod factu facillimum
erat) ad opem laborantibus ferendam instru-
cta / sed nec cymbula quidem; aut lintre / ad
miseros illos solandos emissa. Quod vero ad
nostrum pontificem attinet / cur ipse quoq;
in ope ferēda remissius egerit; non est q̄ incu-
setur. Nam habito consilio cum viris strenuis

in rebus bellicis / ac bellorum expertis : cre-
didit magistrum equitum Rhodiorum; et mi-
lites; ciuitatem per totū ver propugnatos;
quia non credebant ipsi bellici viri eos ad ve-
ris duntaxat introitum auxiliij dilationem de-
bere prescribere. Propterea pōtifex consilio
peritiorum acquiescēs / dictum Petrum a na-
uali expeditione reuocauit / ne intempestiue
(cum periculum presertim non esset in mo-
ra) fierēt expensæ; maxime cum camera apo-
stolica sūma laboraret inopia. Et cum tota cu-
ria magno mœrore afficerēt / tot vndique oc-
currētib⁹ malis. Calamitas & mœsticia vrbis
pro tēpore cessauit; delatis literis p̄dicti ma-
gistri equitum Rhodiorum. Eo maxime / q̄
existimarēt Turcam immanē fidei inimicum
tempore brumali ab obsidione discessurum /
et tunc pontificem / imperatorē; regesq; Chri-
stianos Rhodijs suppetias esse laturos. Sed
hec nos opinio (dei tamen occulto iudicio) fe-
ellit. Quoniā Turca ferus aper nō discessit
ab obsidione; neq; eū tempestas; neq; imbres
aut bruma terruerunt. Qui non solum urbē
cōstrinxit / verum etiam maria vetuit; comea-
tus & auxilia obsessis interclusit / ne quisquā
Rhodum adire; aut inde egredi posset / neq;

poterāt naues ad portus accedere. Et hac cau-
sa de eius statu nihil Romę significatum est,
quousq; die natiuitatis domini huius anni cū
pontifex ad rem diuinam audiendam vellet
progredi; & milites custodię suo ordine com-
ponerentur; vt arcerent turbam/ ne ab ea op-
primeret. Ecce lapis decidit ex fornice facel-
li sancti Sixti intra palatium extructi/ q; quę-
dam miserrimum virum stationarium contri-
uit; aliumq; semimortuū cōmilitones abstrax-
erunt. Quo prodigio stupefactus pōtifex/
quasi in extasi capellam intrare formidabat.
Attamen cum omnia essent parata / decreuit
in facellum ingredi/ vt diuina audiret officia;
ne tanta solennitas natalis dominici omiteret.

Et continuo exclamatum est per seniores Ro-
manos/ Rhodū esse captam; illam nimirum
assignantes causam; q; cum Constantinopolis
a proauo istius Mahometici principis expu-
gnata fuerat/ salius inde exciderat lapis; et hoc
signo cognouerunt excidium Rhodium. In
hoc loco/ nisi alio properarē/ liberet extende-
re calamum. Dimissis enim; quę de prodigijs
Iulius Obsequens memorie mandauerit; ijs
quoq; quę Polydorus Vergilius scripsit/
multorū sanctorū patrū sentētias huc possem

afferre. Illud tñ duntaxat nō prætēmittā dei
iusto iudicio q̄sdā eiusmodi p̄digiorū ostēta
tione ideo decipi / aut q̄a id eorū meruere pec
cata / aut talis credulitas aliquo prētētu fūca
ta supersticiosorū hominū culpā obnubilet;
reddatq; leuiorē. Gregori⁹ tñ in expositione
sacri eloqui⁹ .s. erunt signa in sole & luna. &c.
hec verba dicit. Quāuis priusq; Italia gentili
gladio feriēda traderet igneas ī cœlo acies vi
dim⁹; ip̄m q̄ humani generis fusus est sangui
nē corruscātes. Ex q̄ loco elici potest nonū q̄
similia prēsagia certitudinē habere. Sed vt ad
rē redeam⁹ / proh dolor; cū tot principes Chri
stiani armis potentes / virtute strenui toto or
be difusi essent / nullus tamen eorum amouit
pedē; q̄si eorū nihil interesset; in Rhodiorū su
bsidiū; prēt dñm Didacū a Toletō; priorē mi
litie facti Ioānis in Castelle p̄uincia filiū illu
strissimi ducis Albani; necnō priorē eiusdē or
dinis regni Aragōie Castellanū de āposta co
gnominatū. Qui singuli Tigulas naues ex His
panis ī Siciliā ad portū Messanē q̄ dicit Mec
inas adduxerūt. Expectarūtq; diu alios priores
vel cōmēdatarios; alios ve quoslibet Chrico
las / vt simul oēs suppetias ferētes; Rhodū na
uigarēt. Frustra tamē expectauere / cū null⁹

Alba
Grego

ad rem tam piã / aut zelo fidei; aut amore rei
publicę Christianę incitaretur; decepti for-
tasse brumã fugaturam tyrannum illum quã
tumvis immanem. **H**inc intelligi potest religio & virtus nostratum. Atq; si mihi absque
suspensione liceret; animũ Christianum eorũ
extollerem / ni satis ipsa experientia monstra-
ret; maxime ab illustri & foelici tempore Gũ-
disalui Fernandez ob excellentiã gestorum;
magni ducis nuncupati. Cæterum cum præ-
dicti priores; ab omnibus destituerentur; ca-
pta Rhodo; a portu Messanio; in urbem se cõ-
tulerunt; visitatum limina apostolorum; deos-
culatumq; sacros pontificis pedes. Et post ali-
quot dies in Hispaniam reuersi sunt.

CDE SECUNDA REVOCATIO *ne expectatiuarum.*

Hucusq; nõnulla aduersa Christi vica-
rio recēsuimus. Quę ipse (vt dixim⁹)
lege Christiana vultuq; hilari / sicut prospe-
ra; equo animo ptulit. Redeamus nũc ad dis-
cursum actorum eiusdem sanctissimi patris.
Qui cum materiã reservationum & expecta-
tiuarum sacris canonibus inimicam / ac perin-
de eorum obseruantissimus exosam haberet.

CæsarAugustę omnes beneficiorũ expectatio-
nes vt predixim⁹ octauo calendas Mai reuo-
cauerat. Quarum reuocatio; cum sit facti &
in facto cõsistat; posset inculpabiliter ignora-
ri. Vt ergo in omnium veniret notitiam; di-
ctas expectationes in cācellaria apostolica; ne
amplius ab aliquo ambigeretur; quinto idus
Decembris palam irritas nuntiari iussit. De-
mũ reuocatione facta; adeo pestis acerrima
increuit; vt cancellariam & rotam claudi-
negotiaq; cuncta silere; ac pontificem cum fami-
lia intra septa palatij detineri oporteret; vt ne-
mini ex vrbe aut ex familia nisi vocato; ad eũ
pateret accessus; neq; cuiq; familiari urbẽ adi-
re permetteretur. Qui si secus faceret; eo ipso
a consortio palatij ablegaretur. Et adeo com-
placuit hæc monastica vita pontifici; vt vsq;
ad mortem ferme eam seruauerit. Cuius rei
causa; nõnulli cardinales aliquantulum seda-
ta peste Romã reuersi cum populo querebã-
tur; q; non esset; ad quẽ pro suis querellis pos-
set haberi recursus. Vt testis domesticus &
oculeus (si dictis meis fides adhibenda est)
hanc culpam vsq; quaq; illi non auderem im-
ponere; considerata nãq; probitate pōtificis
illis potius ascriberẽ / quorum ministerio &

cōsilio pōtifex vtebat̃. Qui sibi tātū nixi sūt
vendicare pontificē / vt sub contagiosæ epidi
mię pretextu / eius comertio soli fruerent̃ / &
alios prohiberēt. Quibus consiliarijs ; plusq̃
expedierit (cū alias esset formidolosus) se cō
fidebat. Et fidelit̃ asserere audeo / nullū mul
tis retro temporibus pontificem in studijs &
negotijs tantū elaborasse. Sed quanuis solici
te / irrito tamē labore ; quādoquidē eius labo
res Sathanę malitia cōcuciebat̃ur ; cū per ma
nus ignavorū officialiū domesticorum nego
tia essent expedienda. Quorum nomina ideo
silere decreui ; ne cū alijs in hoc proficere ne
queā / illis officiā. Pontifex tamen adeo incū
bebat labori ; vt existimaret pōtificatū / mare
magnum & spatiosum ; suo claro indefessoq̃
ingenio esse moderandum. Et iste assiduus
labor causa fortassis fuit eius intēpestiue mor
tis ; quia omnia propria manu quasi tangere /
atq̃ equa lance librare volebat. Tractu tēpo
ris multis gubernatoribus ; presidibus / vel ar
cium custodibus tā diuersas vrbes quā eccle
sie castra comisit.

DE EXPEDITIONE NEGOTIO
*rum breuiūq̃ missione ad principes Christianos
super pacis obseruatione.*

AT cum diuina clemētia sua immēsa cha-
ritate; pestem illam a Romano populo:
primo in eūte vere anni vigesimi tertij supra
sesquimillesimum auertisset; iussu sanctissimi
pape aperit Rota; & negotia expeditionesq;
suo ordine procedebāt. Pri⁹ enim ppter cōtra-
giosā illā tabē; causarū actio cessauerat; dein-
de reuerendissimi cardinales ac aliij curiales
egregij q; timore pestis aberāt; paulatī ad vr-
bē redierūt; cōfistoriaq; publica fiebāt: ea cau-
sa maxime; vt imperatorē & regē Frācie in-
uicē diuisos; cōcordi pace ligarēt; maturiori-
q; cōsilio pastor ecclesie cū suis fratribus dissi-
dētes ad pacē reduceret. Ad quos assidue lite-
ras & nūcios misserat / in casum tñ quoniā ho-
stis antiquus fator zizaniarum; iram intesti-
numq; odium adeo fixerat in illorum cordi-
bus / vt concordie semen sanctum & monita
salutis non exciperent: neq; dissidium illud in-
testinum ab eorum visceribus euelli aut erra-
dicari potuit. Et hac via sanctissim⁹ papa opta-
tū cōsequi finē nō valēs; ad iuris rigorē se cō-
uertit; eos monēdo & sub excommunicationis
pœna p̄cipiēdo vt a bellis & simultatib⁹ ifra-
tēpora ī literis bullatis præscripta discederēt
et ad cōcordiā charitatēq; redirēt. Quas lras

numero triginta duas / expeditas proprijs oculis vidi; ad omnes principes Christianos; potētatus; dñationes / & magnates non recognoscentes superiorem / missas. Quos ī partes imperatoris aut regis Francorum propensos cōspeximus; quibus monebantur / ab illis factionibus secedere & pacē sub eisdem pœnis iniire. Verum hęc ne videantur aliquibus peregrina; subindeq; sua fide carere / cum præsertim diu bellis durantibus inter regem catholicū & reges Franciē; pontifices nūq; eo remedio vsi sunt; p̄pterea fortassis; q̄ pontifices nō pacifici his aut illis partibus adhibebāt; Iure tamen cautum est. 90. distinct. præcipue in cōcilijs Cartagi. quorum verba hęc sunt studendum est episcopis; vt dissidentes fratres; siue clericos / siue laicos / ad pacem magis; q̄ ad iudicium coerceant. Et eodem concilio oblationes dissidentium fratrum; neq; in sacrario neque gazophilatio recipiantur. Item in concilio Agathensi / cuius series talis est. Placuit etiam vt (sicut plerūq; fit) quicumq; odio aut longinqua inter se lite dissenserint / & ad pacē reuocari diuturna obstinatione nequiuerint; a sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciose inten-

tionem noluerint; de ecclesie coetu iustissima
excommunicatione pellantur. Ideo peritissim⁹
papa iuris censor prius voluit ad arma spiri-
tualia / quæ propria sunt ecclesie recurrere /
q̄ corporalia mouere. Ista tamen remedia &
si sancta & iuri consona / tanq̄ futilia & sup-
vacua illi contemnentes in suo indurato cor-
de perseuerarunt. Et in dies ventum est ad vl-
timum precipitium; vt nostris peccatis in præ-
lijs Longobardie & Mediolani periculo cō-
perimus; grauioraq̄ damna formidabamus;
nisi deus sua clemētia auertisset. Atq̄ his dissi-
dijs (vt fama erat) originem dedit cōprehē-
sio reuerendissimi cardinalis Volterrani. Qui
acusatus fuit crimine læsę maiestatis imperia-
lis; eo quod arguebatur cum alijs nobilibus
regnum Siciliae in Gallorum manus traditur-
um / & hac occasione tanquã particeps con-
iurationis in sancti Angeli castellum iussu pō-
tificis / per dominum Ferdinandum de Syl-
ua ipsius papæ custodię ducem / die vigesi-
ma sexta Aprilis anni prædicti missus est; atq̄
ibidē detēt⁹; honeste tñ; sicut ei⁹ dignitas exi-
gebat; vsq̄ i vltimū exequiarū beatissimi pa-
pæ diē; q̄ cū alijs cardinalib⁹ ingress⁹ est cōcla-
ue / vt suo loco oportun⁹ referemus.

h

DE CANONIZATIONE BEA
torum Antonini & Benonis.

ET quia inter alia gesta per pontificē me
moranda / potissimum fuit canonizatio
beatorum Antonini Florentiæ archiepiscopi
nechon Benonis Saxonix; quā celebrauit ca
lēdis Mai prædicti anni; propterea huic opus
culo; tanq̄ dignissimam rem; tali forma celes
bratam annectere volui. Sed prius querendū
est; quid sit canonizatio / secūdum Ioannem
Andream. cap. i. de reliquijs & veneratione
sanctorum. Canonizare est aliquem per sum
mum pontificem cathalogo sanctorū adscri
bere / cum nemini liceat aliquem etiā si mira
cula fecerit; vt sanctum colere. Quia sepe per
malos quædam quasi miracula fiunt. Magna
preterea cum instantia petenda est canoniza
tio; neq̄ papa facile moueri ad inquisitionem
sanctimonix canonizandi; immo debet com
missionem differre; illius vitæ indagandę; vt
videat̄ interim; an fama & miracula cōtinuen
tur; qd si fiat; tūc cōmittit inquisitionē sup vi
ta & miraculis hominis canonizandi / vt lati⁹
hæc tradūtur in dicto. c. i. Primū quidē causa
prædictorū per pōtificē cōmissa fuit iudicib⁹

n.

ud sic
nomi
za
p
?

in locis Florētiæ; et Saxonix; vt diligēter per
testes de vita; moribus; & miraculis præfato
rū Antonini et Benonis informarent; sicut iu
ra decernūt præcipue tex. cap. Venerabili de
testib. cuius litera talis est. Venerabili. F. N.
episcopo & capitulo. Corisopitēsi ac vniuers
sis abbatib⁹ apud Cister. in generali capitulo
cōgregatis &. j. D. V. Mandam⁹; quaten⁹ te
stes q̄s abbas & monachi sancti Martini Cister.
ordinis sup̄ vita; & miraculis; pię memo
rię. M. abbatis monasterij supradicti; duxerūt
producēdos; examinari sigillatim curetis; cū
ea diligētia; quæ solet & debet in receptione
testiū adhiberi. Informatio ita p̄dictorū An
tonini & Benonis per iudices iuxta mandatū
apostolicū habita; sub fideli custodia mittit̄
ad papā; eāq̄ ip̄e vni ex auditoribus sacri pa
latij examinandā tradidit; vt p̄ eū discuteret̄
an fuerit iure facta; & p̄bationē sufficiētē ad
canonizationē sanctorū fuisse p̄p̄deret Qui
quidē idoneā se cōperisse informationē; & iu
ridicā pōtifici retulit. Quā iterū p̄ sanctiss
mus theologis cōmissit; q̄ diiudicarēt mores;
vitā; & miracula sanctorū digna essent; necne
ad illos canonizādos. Et iuxta eorū vota quo
niam omnia recte fuerūt reperta; astantibus

h ij

sanctissimo domino nostro papę cum reuerē-
dissimis fratribus prelatiſ ac multis alijs viris
literatura & nobilitate claris canonizatio in
publico consistorio p̄posita fuit in hunc mo-
dum. Duo aduocati cōsistoriales declama-
torie; alter quidem vnus / alter vero alterius
vitam / miracula / & alia huiusmodi / vt mani-
festa fierent cunctis / radicitus exposuerunt.
Exorātes beatissimum papam; vt illos viros
qui sanctitate & exemplo / in via suę peregrina-
tionis eminuerunt; cathalogo sanctorū ag-
gregare vellet. Deinde pōtifex / post illorum
narrationem / gratias deo egit; qui nūq̄ / etiā
vsq̄ in finem seculorū / sanctos & iustos; elar-
giri desinit; Et vt sanctius omnia procederēt;
triduum ieiunium / & preces deo effundend-
as prelatiſ omnibus indixit; vt ipse sua boni-
tate; in eorum corda / si vera essent miracu-
la; illorum approbationem cœlitus infunde-
re / sin autem falsa; auertere dignaretur. Et pe-
racto ieiunio; cardinales; & alijs presules; cum
beatissimo domino nostro in palatium cōues-
nerunt / & in publica contione / de eorum vi-
ta / & sanctimonia; vtrum approbatione vel
improbatione digna essent / prout cuiq̄ desu-
per datum est conferebant. Et licet multi ex

presulibus actum istum decorantibus solēni-
ter materiā diseruissent; præcipuus tamē fuit
integerrimus pater dominus Didacus Rami-
rez episcopus Conchensis / prudentia / & lite-
ratura refertissimus. Et post longam alterca-
tionem / inter omnes conuenit / viros sanctos
approbari. Itaq; post biduum aut triduū san-
ctissimus / cum clero & populo / ad basilicam
apostolorum in locum contabulatum eminē-
torem ascendens; inter missarum solennia / al-
ta & intelligibili voce ipsorum laudes per-
tractans / omnesq; ad bene agendum exhor-
tans / his verbis cōcionatus fuit. Glorios⁹ de⁹
in sanctis suis; & in maiestate mirabilis / cuius
ineffabilis altitudo prudentiē; nullis inclusa li-
mitibus / nullis terminis comprehensa / recti-
censura iudicij; cœlestia pariter & terrena dis-
ponit / & si cunctos suos ministros magnifi-
cet; altis coret honoribus; & cœlestis effi-
ciat bñitudinis possessores: illos tñ (vt dignis
digna rependat) potiorib⁹ attollit insignijs di-
gnitatum / & præmiorum vberiori retributio-
ne prosequitur / quos digniores agnoscit / &
comendat ingentior excellentia meritorum.
Sic & alma mater ecclesia ei⁹ sacra vestigia p-
sequens / & exēplo ducta laudabili / licet vni-
h iij

uersos in regnis cœlestibus constitutos ; studijs honorare sollicitis ; & sonoris efferre præconijs nō desistat. Antoninū tamē & Benonē electos dei athletas specialibus disponit honoribus venerari. Ideoq; circumspecta prudentia dicte sedis q̄ actibus intēta salubribus / & operibus exposita pietatis libēter & solerter exequitur que sunt dei ; præmissa solicite ; dignēq; cōsiderans ; & debita meditatione perlustrans : ad diuini nominis honorem & gloriā : exaltationē catholicę fidei / salutemq; fidelium merito censuit ; riteq; prouidit ; seruos dei p̄ sanctā & catholicā ecclesiā esse colēdos. Nos itaq; p̄is ducti cōsilijs ; dignisq; studijs excitati ; nonnullos predecessores nostros Romanorū pōtificū ; specialis deuotionis prosequentes affectum / imitari solicite intendētes qui aliquos sanctos canonizauere / de cōsilio fratrum nostrorū parit̄ et assensu ; beatos Antoninum Florētīę archipresulem ; atq; Benonē Saxonēsem cathalogo sanctorū ascribimus. Festaq; illorū ; missas & officia / in eorū cōmemorationē p̄ vniuersas orbis ecclesias / singulis annis perpetuis futuris tēporibus celebrari concedimus ; & ordinam⁹. Astātes vero cōcordi iúbilo collaudauerūt dñm dicētes. Te

deū laudam⁹. &c. & quāuis sūma pecuniarū
nō exigua in simili actu; tū in pōtificia familia
togāda; tū in alijs impēdīs soleat cōsumi; cir
cūspectissimus tñ papa tales sumpt⁹ / q̄si alie
nos a sanctimonia / & a puritate canonizatio
nis / fieri vetuit. Quod raro (cū pecunia ma
gno p̄cio habeat) visum inter homines cēseo.
Sed nō absq; querella familiarū; aliorūq; suā
mercedē frustra expectātiū / actū est.

DE LEGATIONE ET SVP

petijs in Vngariam missis.

Mense Iunij anni supradicti reuerēdissis
mū cardinalē Minerue Caietanū nomi
ne; in Vngariā cū quīquaginta millibus du
catorū; ī subsidiū cōtra Turcas regnū illud in
uadētes; atq; legationis officio functurū / vi
rū in literis sacris eximiū; ordinis sancti Dñi
ci; bellorū omnino expertē; vicari⁹ Christi mi
sit; & si aliū aptiorē huic rei illuc mittēdū cur
rare posset; vt q paulo ante illustrissimū Colū
nēsem cardinalē / virū strenuū; huiusmodi le
gationi satis idoneū; mittere decreuerat; attā
mē ob pecuniarū penuriā; cū ex claro sangui
ne ortus; ampliorē comitatū ducturus / factu
r⁹ q̄ esset maiores expēsas; p̄pterea cardina
lis ip̄e honestiori modo / q̄ potuit; hoc p̄textu

h iij

se excusauerat. Quo circa predictum reuerē
dissimum cardinalem Mineruæ in illius locū
suffecit. Qui propter instantem necessitatem
citius in Vngariam se cōtulit. Ac paulo post
eius aduentum stragem magnam indigenæ
Turcis intulerūt. Quoniam vt ex literarum
inde missarum exemplari percepi; tredecim
mille a paucis Christicolis industria & inge
nio eos inuadentibus/obtruncati sunt. Cum
furtim expugnare castrum/aut prædas agere
niterentur. Reuerendissimi tamen cardinalis
labor irritus prope fuit/cū in dies maior pars
Vngariæ veniret in manū Turcarum; & quod
calamitosius accidit/rex ipse Vngarorum p
defensione regni & fidei a Turcis anno vige
simo quarto supra millesimum quingentissi
mū in prælio occisus est. Ac post aliquot dies
monachus quidam putans sibi licere/ a clau
stro exire/militiæq; intendere/ eo maxime; q̄
reuerendissim⁹ Mineruæ cardinalis quasi cū
Turcis conflicturus Vngariam petiuerit; vel
forte quia in subsidium Christianæ reipublic
cē se accingeret; Romę multos pedites ob dei
amorem/nullo alio stipendio collectos con
scripsit/qui eos quidem tanq̄ dux strenuus
præcedebat/pedites vero ducem illum seque

bantur: & militari ordine sæpe numero ante
sacrum palatiū per gyros huc & illuc incede
bāt, & vt moris est in vnum corpus instar co
rone conuenientes/iactabant sua (vt ita dixe
rim) igniuoma tonitrua. Deīde versa vice ro
tunda phalanx illa hominum paulatim dissol
uebatur/ & iterum vt grues antesignanū suū
insequētes; in hospitia sua redibant. Mercede
tādem bellica destituta euauit exercitus illa
deuotio/ alijs afferentibus pontificē vetuisse;
propterea q̄ non expediret monachis rebus
bellicis immisceri; alijs aliter sentientibus. Ni
hilominus tamen alter monachus cōtinuo p̄
diens se obtulit; qui paucis sumptibus/ mul
tas triremes se paraturum pollicebatur. Sed
idem de triremibus; quod de exercitu mona
chali actum est. Et merito; gesta enim mona
chorum extra claustra euanida reputantur.
Monachus enim vt inquit tex. in cap. Placuit
el. 2. 16. q. 1. neq̄ pœnitentiam dare; neq̄ filiū
de baptismo accipere; neq̄ baptizare; neq̄ in
firmum visitare/ neq̄ mortuum sepelire; neq̄
ad ecclesiam sæcularem trāsire/ neq̄ alijs qua
libuscunq̄ negotijs se se implicare debet. Sit
claustro suo contentus; quia sicut piscis sine
aqua caret vita; ita sine monasterio monach⁹.

h v

mon.
24

Sedeat itaq; solitarius & taceat; quia mundo mortuus est / deo autem viuít. Agnoscat nomen suum / monachus enim Græce / latine est solitari⁹. Sedeat ergo; & suæ solitarię vitæ vacet. Propterea cū pōtifex iuris prudētissim⁹ tantēq; sanctimonie vir esset / illos monachos extra monasteria euagari; vetuisse arbitror / eosq; ad claustra redire cōpulisse / ne ampli⁹ bellicis rebus immiscerentur.

DE CONFEDERATIONE PONTIFICIS ADRIANI CŪ IMPERATORE, POTĒTATIBUS & MAGNATIBUS ITALIAE.

ET cum hinc indeq; anxietatibus; sollicitudinib⁹q; pōtifex distringeretur; diuq; vt cultor pacis; quāuis casto labore / inter imperatorē & Gallorū regē per suas lras nūtiōsq; procurasset cōcordiā: quū itē rumor esset / regē Francie manu potēti in Latium vēturū; totaq; Italia in partes imperatoris & regis (vt diximus) diuisa esset / multis diebus cōsiliū cū cardinalibus in cōsistorio pater pijs̄simus habuit; vt maturi⁹ deliberaret; quid in discrimine tanto agēdū esset. Tādē vt bon⁹ gubernator; ac propugnator; paterq; patrię curauit imperatorē nostrū; dominationes Italicas; duces / & magnates Romanę ecclesie / vnanimēs

colligare; ad propulsandos omnes; qui Latios
nos inuadere niterentur. Et quanuis unio illa
esset generalis; qua omnes vincirentur; cons
iectura tamen certa erat; in Gallorū aut Tur
carū regē esse factā. Pōtifex pro terris eccles
siae ad expeditionem. Cæsar nempe pro res
gnis Sicilię; & Neapolis; ac vrbibus imperia
libus; Venetorum vero; Genuensium; Flo
rentinorumq; potentatus; cum ceteris ducibus
marchionibus; & comitibus; certum nume
merū equitum; peditūq; pro virili pollicebā
tur. Ac vt isthec tanq; vtilia et reipublicę pro
ficua palam omnibus patefierent; sanctissim⁹
pater cū illustrissimis cardinalibus; p̄sulibus
alijsq; nobilibus pridie nonas Augusti peti
uit ecclesiā beatę Marię vrbis Romę; vt die
intemeratę virginis de niuib; cognominatę
inter missarum solēnia p̄dictorum promul
garetur cōcordia. Quā quidem cōfœderatio
nem contra quoscunq; volentes Italiā inua
dere; iure potuit papa facere; ac arma tempo
ralia mouere; nō suffragātibus armis spūalibus;
vt sup̄ retuli ac se & alios Ch̄ricolas defensa
re. Et qdē cū liceat cuiilibet; suo vicino; vel p
ximo; pro repellenda iniuria suū impartiri au
xiliū; imo si potest; & negligit videat̄ iniuriā

antem fouere; licuit etiam pōtifici catholico: sibi ac suis/ proprio subuenire subsidio / atq; arma parare; et gerere bella. vt in. c. dilecto de sentent. exco. in. 6. Neq; fecisset noster mitissimus pater; nisi iure posset; quia magnæ literature; & timorate conscientiaē pontificem nostrum fuisse constat. Quis enim facile crederet/ virum præditum scientia literarum proprię salutis oblitum; in iuuentute pacificum in senio ad bella se conuertere; ni ius & pia; iustaq; causa permitterent? Cum ergo diuina officia / paritq; pacis fœdera pclamata; essent expleta; in suū quisq; hospitium se contulit.

CONVIVIVM A REVERENDISSIMO cardinali Bernardino de Caruajal pōtifici factum: eiusdem qz pontificis letalis morbi initium.

Maximus vero pontifex in domum sancti Martinelli nuncupatam diuertit. Vbi a reuerendissimo domino Bernardino de Caruajal cardinali tituli sanctę crucis hospitatus; atq; inuitatus fuerat. Qui nudiustertius (nequid sinistrum quis suspicari posset) vitellas/ arietes; attagines; phasianos; & alia huiusmodi; aues esculētiore viuas; vinaque

singularia in palatium miserat sacrum. Ut p
obsoniorū præfectos / coquos q̄ pontificios
degustarentur & pararentur. Tamen præuen
tus letali morbo ne degustare quidē quidq̄
potuit. Quauis nonnulli errore / ac sinistra
suspitione decepti improbe suspicati sunt ex
illo conuiuio egritudinē esse iniciatam. Sed
omnino falsum id est; cum nihil (vt diximus)
prægustasset. Et hora cœnæ paruo sumpto ci
bo / in noctis crepusculo in aulam sacram re
dijt. Et in initio infirmitatis medici iudicabāt
esse catharrum e capite defluentem; qui qui
dem catharrus vulnus quoddam iuxta pala
tū fecerat. Et paulatim apostema illud descē
derat in guttur; vbi per aliquot dies sic defixū
fuit; vt difficillime quidq̄ deglutire sineret.
Opinabantur tamen phisici & chirurgi non
esse mortiferum; maxime cum suppuratio illa
in brachium collaberetur; qua intumescente;
ñ qui experti apostema simile fuerāt; timue
runt; mortem q̄ proximam esse pontifici pro
gnosticabant. Sed cum ope medicorum infla
tio illa expelleretur; iterum respirantes / ac læ
titia affecti / credebant papam euasisse pericu
lum; cum inde deterius illi contigerit. Quia
tumor ille deorsum corruens; supra renes cōs

fedit; & vsq; ad obitū pōtificis; cū graui dolo
re plusq; triginta diebus affixus stetit. Et licet to
lerātissimus p̄ diebus ferme singulis extra tho
rū vesceret; & p̄ camerā deambularet; & nona
die ante exhalationē aīę benedictur⁹ milites;
quos in subsidiū Mediolani (fide vnionis ser
uata) mittebat cōtra Gallos q̄ post alpiū trā
sitū in Italiā descenderūt; tū publicū progrede
ret; & ab illo die oēs indubitātā papæ incolu
mitatem opinarentur; deus autem / cui spiri
tum tradidit quadragesima die initiati mor
bi; aliter decreuerat. Et cum nondum de infir
mitate satis constaret / tot lapsis dierum curri
culis opiniones hinc inde varię emergebant /
alij veneno peremptū; alij ex incognito mor
bo decessisse asseriebant; quod dei iudicio / q̄
secretorū nihil ignorat; est relinquendū.

DE CREATIONE CARDINA
lis Hincfort ex legato familiae relicto.

ET cum familia Flamigiorum mortē pō
tificis per aliquot dies antea præsensisset
illi instabat / vt dominum Guiliermū Hinc
fort tūc datarium; & Dertusensem episcopū
cardinalē crearet / ne omnino manerent deser
ti; i casu (quod de⁹ auerteret) p̄issim⁹ p̄ nu
tu diuino ab hac luce emigrasset. Et licet p̄

pa siue persuasione familiæ; siue alias arden-
ter hoc procurauerit; difficillime a collegio
cardinaliū impetraret; si reuerēdissimi patres
pro certo ei⁹ pximū obitū haberēt; tū quia
Hincfort exosus habebat; tū vero q̄a paulo
ante cognitus in tenui officio/ eorum confor-
tio indignus putabat. Et ferme omnes affe-
ctabant magistrum Theodoricum a secretis
pontificis; ipsorum conuentui aggregari / &
loco datarij Dertusensis eligi. Volūtas tñ pō-
tificis; aut veri⁹ suorū aliter inhiabat. Et tādē
nostri Cesaris oratore instigante; comite de
Cabra duce Sueffano seu mauis de Sella / tri-
duo ante mortem pape numero cardinalium
predict⁹ dñs Gullierm⁹ Hincfort Dertusēsis
cōiūct⁹ est; ditatusq̄ multis beneficijs; ac offi-
cijs; q̄b⁹ eū pōtifex donauerat. O felix vir quē
deus ad tātū fastigiū breui euexit. Et si con-
quereretur / se diuitē curialē esse maluisse q̄
pauperē cardinalē. Hoc q̄ppe inde puenire
arbitror; q̄a suę quēq̄ fortunę maxime tēdet.
Eadē die Gadicesem ecclesiā; cū mille duca-
torū pēfione Ioāni rufo Cōsētino archiepisco-
po; aliūq̄ episcopatū ī Flādria; cui dā iuueni; p
regis Neapolis cōsāguineo; cū eadē aut maio-
repēfioe; ī vtrāq̄ familiā Hispanicā et flamigiā

diuidendas contulit; Et prima hora diei qua
obijt; motus precib9 illustrissimi ducis Sessa-
ni dominus noster papa breue concessit / quo
vtrifq; alumnis supellectilem / quã ex Hispa-
nis in vrbem detulerat; moderatione Sessani
ducis ac cardinalis Dertusensis distribuen-
dam reliquit. Causa largitionum huiusmodi
ea fuerat; q; misera; & rerum indiga cliētella;
tum ob temporis angustiam; tum quia id ca-
su contigit / nihil aut parum pro multis expē-
sis; & illatis damnis recepisset. Sed frustra /
quia ex legato nihil; ex pensionibus vero mo-
dicum / post longam expectationem fortiti
sunt. Nam defuncto pontifice parua aut nul-
la cura fuit executorib9 in explenda eius vo-
luntate. Vel forte quia nouus pontifex pen-
sionibus assentire noluit; aut quia n; quibus
officium illud commissum fuerat sibi officio
si duntaxat / aliorum sunt oblitī. Et cum ante
mortem papę suspicarentur medici in potu;
aut cibo / siue literis eum toxicatum; præuia
informatione dominus Ferdinandus de Sil-
ua capitaneus custodię incarcerauit in castel-
lo sancti Angeli quosdam subditos ducis de
Camerino / qui factionem Gallicam sequeba-
tur. Quorum causa mihi fuerat comissa. Et

quia multo ante excussionem; deffinitionemq̄
almus pontifex a vita migravit / successitq̄
coetus cardinalium; quibus non magisq̄ suf-
fecto papæ cure fuit amplius crimē examina-
re; negotium infectum permansit.

DE MORTE BREVI BVSQ̄
papæ inferijs.

ET cū iam seua mors quatuordecima die
Septembris prædicti anni .1523. insidia-
retur pontifici; receptis deuotissime sacramē-
tis (vt moris sui erat) ibidem astantibus præ-
latis domesticis / cum reuerendissimo ædituo
archiepiscopo; extremam vnctionē ministrā-
te / necnō pœnitentiarijs; alternis vicibus; mo-
re solito; præsentibus; moritur pōtifex; qua-
dragesimo die incoepti morbi defatigatus do-
loribus / ac cruciatibus creberrimis / anno se-
cundo sui pontificatus. Mortuo pōtifice / pō-
tificalibus q̄ ornamentis induto / cadauer fo-
ras vehitur in secūdam spaciosam aulam Pa-
latij; deponiturq̄ in thorum stratum / vbi ma-
nifeste vsq̄ ad noctē omnibus pateret. Innu-
mereq̄ hominum copiae cateruatim ad ipsi9
pedes deosculādos solita consuetudine irruē-
bant; quia (vt asserēbatur) indulgentia plena

ria deosculantibus eius pedes / est concessa.
Aderant enim comitantes exanime corpus
magnificentissimus Cöchensis præsul & do-
minus Ferdinãdus de Silua infœlix tũc cus-
todiaæ capitaneus / et dominus Bartholomeus
Cueua; temporis successu creatus cardinalis;
ducis de Alburquerque filius. Et dominus Pe-
trus Paciecus postea episcopus Gienensis &
cardinalis / filius domini Alphonsi Tellez co-
mitis de Lapuebla de montaluan; fratris mar-
chionis de Villena. Et dominus Rodericus
Médocius filius comitis de Castro Salman-
ticensis episcopus postmodum creatus / cum
multis alijs nobilibus Hispaniarum cadauer
obseruantes / ne turba irruens prosterneret.
quam vix poterãt arcere. Astabant præterea
poenitentiarij / ac alijs de familia facellani sumis-
sa voce officium defunctorem canentes. Dein
de nocte eadem in facellum sacri palatij sub si-
lento portatur; quod nonnulli nostratum cu-
stodierunt; dolentes lachrymosis singultibus
obitum immaturum sui ducis / & aurigæ Pie-
tatis nancq; affectu / aut humanitatis intuitu /
mortuos lugere non prohibemur. Sicut non-
nullos sanctorum patrum / exequijs aliorum
pias lachrymas impendisse legimus. Tristes

interi collachrimāt erūnas; & miserias coacer
uatas / q̄s per mare; & per terras (profecto di
gnas ploratu) passi sunt; quasq̄ passuri essēt.
Quarū inferi⁹ apti⁹ forsan mētionē faciem⁹.
Postmodū vero decimo septimo calē. Octo
bris; cōuenere reuerēdissimi cardinales; p̄lati;
oratores; magnates / nobiles; innumeraq̄ tur
ba ad inferias beatissimi pape / que in hūc mo
dū ducte sunt. Horā circiter nonā; ante meri
diē magna et solēni pōpa in basilicā apostolo
rū; eodē ornatu pōtificiali cadauer lectica des
fertur funebri. Et celebrata missa / & peractis
exequiis: sicut pridie factū fuerat; in aperto re
linquit; vt matrone Romanę venirent pōtifi
cis pedes deosculature. Nā hic mos iā diu in
vrbe obseruat ab ipsis; q̄ nō passim e domib⁹
egrediūtur / exceptis diebus in Chirographo
nuptiali designatis. Et tūc obligationis poti⁹
facultate q̄ arbitrio maritorum egrediūtur.
Hinc inter illas exortū est adagiū; beatas esse
foeminas; que nubūt Hispanis / quia libere ad
sacra; aliaque munia obeunda pro arbitratu
exeunt (iuxta Iberiē consuetudinem) neq̄ cō
stringuntur; vt relique / ad certos dies / & fes
ta solennia. Et ne ab argumento suscepto
discedamus / circa noctem eiusdem diei

adagiū
de Hispan
cōjugati
uī uxou
italiq̄

honorifice defertur corpus pientissimi patris
in capellam; vbi p̄ canonicos sancti petri die
bus singulis diuinum decāatur officium. Et
cum viuens esset aspectu pulcherrimus / hor-
ribilis visu tūc omnibus apparebat / ob id nē-
pe; quia non pinguis tantum / sed morbi vitio
erat valde turgidus. Et cum scalcus .i. architi-
clinus facellanorum ac sacri palatij scutifero-
rum prospiciēs tumiditatem cadaueris / accla-
masset pōtificem toxico interemptum (quip-
pe qui meminerat Alexādrum fœlicis recor-
dationis veneno occisum / similem effigiem;
& inflationem habuisse) exorta est contentio
inter alterutrā familiam. Hispani enim incu-
sabant Flamigios; q̄ non fideliter & solícite
custodissent papam sanctissimum / quem sibi
solis seruandum vendicauerant / repellentes
Hispanos admittentes Gallos / & coquos &
ministros coquine. Et cum eo tempore præfa-
ta bella exarderent; suspicabantur omnes; ab
illis toxicatum pontificem. Autore enī Boe-
tio; nulla pestis efficacior est ad nocendum; q̄
familiaris inimicus; nec deterior hostis; q̄ fi-
ctus amicus; aut odium grauius q̄ simulatus
amor. Et sunt ideo nequiores hostes hi; q̄ illi
qui foris sunt; quoniam per amicitie speciem

que inimica sunt / gerunt. Sed non puto Flā-
ros / adeo ignauos; vt tales reciperent; a qui-
bus simile flagitium perpetraretur. Si enim
coniti potione pontifex fuit interemptus; su-
tiliori ingenio commissum est facin⁹. Omnia
namq; edulia prægustabantur ab structore.
Sed ni fallor; propterea admittebant Gallos
quia ritus mores q̄ eorū; potius q̄ nostri co-
herent illis. Et tantus fuit tumultus domesti-
cus; vt ad sedandam altercationem oportue-
rit arte anotomię aperiri a chirurgicis cada-
uer. Attamen quia veritas huiusce rei mini-
me certa constitit; iurgia nondum sopita fue-
rūt; & ita semidilaniatum cadauer sepulchro
traditur. Quamuis memor fuerim doctorem
de Agreda protomedicum dixisse / sacrū ma-
gistratum veneficio sublatum esse; O imma-
ne & horrendū facinus oues necare pastorē.
Nam si aperte quempiam occidere / graue fla-
gitium arbitramur / quanto magis insidiosē
pontificem vniuersalis ecclesię; speculum pu-
dicitę; magisterium vitę / scholam virtutum
interimere? O nequissimum leonem verius /
q̄ hominem; tu ne agnum mitem interfecisti?
quem vt animarum patrem / tenebaris dilige-
re? Qua temeritate / qua ve audacia tantum

scelus cōmifisti: Cōsideraffes enim bonitatē;
literaturam / aliaq; multa pontificis merita /
vt a tā turpi facinore abftineres . Quæ fi oīa
vellem colligere:facilius me tempus q̄ mate-
ria desereret. Quod non ab homine sed a de-
mone perpetratum existimo . Quod si verū
est sanctum pontificem ab homine toxico oc-
cisum esse / huiusmodi suspitioni præsumptio-
nem addidit obitus Prosperī Columnæ / ge-
neralis copiarum sacræ maiestatis ductoris /
qui post mortem pontificis / viam vniuersæ
carnis est ingressus perēptusq; (vt fama erat)
veneno. Hec multi suspicabantur ; quoniam
pontifex in fœdera contra regem Franciæ /
omnes potentatus Italię deuinxerat. Et quia
Prosper Columna armis & consilio exerci-
tū Gallorum resistebat ; ideo cum pontifice
toxico interiisse rumor erat. Quæ nimirū iu-
dicio diuino relinquamus ; quia tam nefaria
facinora / non sunt a Christi fidelibus præsu-
menda / neq; re neq; consilio; perpetrata fuisse;
credendum est. His nouem continuis diebus
magister domus; cum tota familia pontificia;
ad tumulum papę / singulis diebus veniebat /
& peracta missa in domum reuertebatur .
Alij in tinellū palatij; alij vero in ppiū hospi-

ciū diuertebant. Nam mos est; ꝑ cliētes pōti-
ficis defuncti impensa camerae quadraginta
diebus alantur. Vtinam mihi citra suspensionē
liceret nostrorum fidelitatem suis laudibus
non fraudare/ quanto vitę discrimine/ quan-
tisq; damnis impensis q; hunc virum sanctū/
vsq; ad sepulchrum sint comitati. Nam profe-
cto si parens singulorum ipse fuisset pōtifex
eis q; multa beneficia contulisset; nō possent
ardentiori amore eidem inseruire/ cum tamē
expers muneris eorū maior pars fuerit. Hac
eadem die decimo septimo calēdas Octobris
cum tota vrbs armis ebuliret reuerendissimi
cardinales in vnum conuenerāt super rebus
agendis; & primum vt ordinarent magistra-
tus/ vrbs præfectum; præfectiq; officialem/
quia obitu pōtificis omnes de more ciues pa-
ratur ad arma. Et quod deterius est ex vilis
& castris finitimis; cateruatim ruunt rustici/
ad prædam & pugnam. Item fautores ciuiliū
dissensionū cōcitāt partes suas. Ideoq; dñi car-
dinales ad iustitiā expediēdā sine mora creāt
magistrat9: frustra tñ cū seditiones vsq; ad cre-
ationē pōtificis nō sedent. Tractarūt p̄terea
de castellanis ministris; & officialib9 in tota
ecclie ditione sub omagio ponēdis. His reb9

a morte pontificis in decimum calendarum
eiusdem mensis operam dederunt.

CDE EXEQVIIS SOLENNIO
ribus papæ a cardinalibus factis.

VLtima die nouendialis / reuerendissimi
cardinales vt defuncto parentarent; mo-
remq; priscum exequiarum seruarent præte-
ritorum pontificum; & officium funebre; in
hunc modum perficerent / basilicam aposto-
lorum petiuere. Assistent enim reuerendissi-
mi cardinales per quos missa funebris decan-
tatur in prædicto sacello canonicorum. Et in-
ter missarum solennia / concionatus est præcla-
rus patriarcha Hierosolimitanus illustrissi-
mi cardinalis sanctę Crucis nepos ex sorore /
ex familia de Caruajal. Alliciendo & exhor-
tando reuerendissimos ecclesię principes / vt
talem in pontificali sede constituere procura-
rent; cui reges & principes terre capita submi-
terēt / eius q; monita velut medicamenta susci-
perent. Ac finita missa quatuor cardinales
comitantur reuerendissimū eandem missam
celebrantem / vsque ad suggestum in aposto-
lorum media basilica erectum / quod circum-
stabāt familiares pōtificis pullati; super quod

aliud contabulatum / instar arcis facibus ma-
gnis plenum / structum erat. Atq; interim dū
cantores psallebant æternę requiei antiphonę
nam / quilibet cardinalium circuibat tumulū;
aspergēs supra eum aquam benedictam / aut
thurificans; & cum perficiebat / orationem sū-
missa voce cantabat; quo ordine ad vltimum
vsq; deuentum est. Ad has solennes inferias
dominus cardinalis Vulterra eductus a carce-
re / venit / cum multis ante diebus in arce san-
cti Angeli iussu domini nostri pape / illa de
causa quā supra retulimus inclusus detine-
retur; eum que bonę memorię Adrianus sol-
ui vetuerit / ante creationem noui pontificis.
Attamen vt cessarēt oratorum cardinalium
que contentiones / quoniam alij volebant illū
statim dimitti / alij autem preceptum ponti-
ficis custodiri / decretum est ad illam vlti-
mam missam ducēdum / qua finita / conclaue
cum cæteris cardinalibus intraret / esset q; cū
illis inclusus / vsq; ad noui pontificis electio-
nē; q; posset si vellet eū in castrū reducere; aut
ei9 causā indecisā relinquere / sicuti factū est.

CDE PROTESTATIONE NVN-
tij regis Frācię ne cardinales intrarēt cōclauē.

Peractis exequiis illustrissimis cardinalibus cōclaue (vt moris est) ingredi volētib; cōtētio exorta est inter oratores Cæsareæ maiestatis ac regis Gallorum. Nam orator regis asserēbat; reuerēdissimos patres expectaturos cardinales in Gallijs commorantes antequam intrarent conclaue; eo præcipue q̄ tenerentur absentes citare; vt venirent ad futuri pape electionē; alioquī absentiu nomine p̄testabatur se acturum de cōtemptu. Pretēdens etiā; moris esse omnes cardinales citra vel vltra montes existentes ad electionē esse vocandos; quod si secus fieret; irritū & inane quicquid sine ipsis decernerent fore p̄testabat. E diuerso Cæsaris legatus dicebat rem esse magni periculi diuturnā vacationē apostolice sedis; & propterea breui⁹ pleni⁹q; esse consulendū. Quam vero grauib⁹ sit onusta dispēdē; quot & quātis sit plena periculis ecclesie Romanę longa vacatio; exacti cōsideratio tēporis edocet; Quia deficiēte ecclesie pastore gregē dñicum rapax lupo inuadit; & ecclesia viduata in facultatib⁹ graue dispēdiū patit̄. Et iccirco petebat a reuerendissimis cardinalibus; ne sanctā cōgregationē differrent; vt tātis discriminib⁹ occurrerēt. Ma

xime autē; q̄ iuxta iuris dispositionē cardina-
les presentes nō tenet̄ absentes expectare vl-
tra decem dies; vt apparet ex tex. c. vbi pericu-
lum in. x̄. hoc sacro de electio. lib. 6. cuius ver-
ba sunt. Hoc sacro concilio approbante sta-
tuimus; vt si eundem pontificem (in ciuitate
in qua cū sua curia residebat) diem claudere
contingat extremum; cardinales qui fuerint
in ciuitate ipsa; presentes absentes expectare
decem diebus tantūmodo teneant̄. Quib⁹ elap-
sis (siue absentes venerint siue non) extunc
omnes conuenient in palatio; in quo idē pon-
tifex habitabat/ contenti singuli singulis tan-
tūmodo seruientibus; clericis vel laicis; prout
duxerint eligendum; illis tamen quibus pa-
rens necessitas id suggerit indulgeri; duos ha-
bere permittimus; eiusdem electionis arbitrio
reseruato. Auditis & intellectis vtriusq̄ lega-
ti rationibus; decretum fuit per dños cardina-
les vt tot dānis obsisterēt: statim adire cōclauē.

DE INGRESSU CONCLAVIS.

Tandē more solito itur ad claustrū; prima
die Octobris anni millesimi quingētesimi
vigesimali tertij: quod vsq̄ in diē sequentē
quarta hora post meridiē mansit occlusum/

in eo autem triginta cardinales affuerunt; & sexta die eiusdem mēsis superuenerē alij tres cardinales Gallici modo excursorio. Quos orator imperialis simul cum alijs dicebat non esse admittendos / eo q̄ conclaue iā esset clausum. Sed post longam altercationem determinatum est / vt admitterentur iuxta tex. in. c. prealegato in versi. si vero ibi absentes (quos per decem dies diximus expectandos) superuenerint re integra / videlicet anteq̄ eidem ecclesie sit de pastore prouisum / in eodē negotio in illo statu i quo ipsum inuenerint admittatur; qui premissa que diximus tam de clausura; q̄ de famulis cibo ac potu reliquisq̄ cū alijs seruaturi erant. Quorum aduentu perculsi sunt imperiales. Triginta itaq̄ tres cardinales fuerunt in conclauē vsq̄ in diem Mercurij dedicationis basilicæ apostolorum Petri & Pauli decimam octauam mensis Nouēbris eiusdem anni. Qua electus est pontifex maximus reuerendissimus dominus cardinalis de Medicis / vocatus Clemens septimus. Quæ autem compositiones & conuentiones (si fas est foras effutire) diebus conclauis inter reuerendissimos cardinales eorum q̄ confederatos vltro citroq̄ iactę fuerint / alijs scri

ptoribus relinquamus / qui verius gesta se-
cretiora intellexerunt / fat sit nobis tot sine cō-
trouersia dies elabi non potuisse . Nos vero
post tot dierum curricula / potius schisma q̄
electionem formidabamus . Propterea quod
adiurationes dicebantur factæ a senioribus
cardinalibus de non creando domino cardi-
nali de Medicis ; et a iunioribus de eodem pō-
tificiali apice decorando . Et quamuis in re tā
sancta / non sit verisimile talia iuramēta inter-
uenisse / cum lex etiam humana similes pactio-
nes siue iuramenti siue cuiuslibet alterius vin-
culo firmitatis innexas / casset & irritet & iu-
ra viribus eas carere decernant / ita vt nullus
ad illa obseruanda / quomodolibet sit astrictus
ne quis q̄ ex earum transgressione notam ve-
reatur fidei non seruate ; & deo transgressio-
nes huiusmodi q̄ iurisiurandi obseruationes
sint acceptiores ; cumq̄ cesset electio ; dum li-
bertas quoquo modo adimitur eligendi /
vulgus tamen nemini parcens has pactiones
pro certo assererat . Tandem seniores cardi-
nales fortassis defessi cesserunt . Vel quoniam
tam prolixam clausuram pati non poterant
aut quod verius est / quia deus qui cuncta gu-
bernat / mutauerat illorum corda / vt omnium

consensu reuerendissimus dominus de Medicis eligeretur: ne defectu pastoris vniuersalis ecclesia incommoda pateret. Et die sequenti festo sancte Helisabeth de Vngaria celebritati dicato; fuit eius electio publicata; nimirum quinquagesima die; quasi spiritus sanctus representato pentecostes festo affuisset. Pontifex autem prius quam exiret a conclauis magnas fecit largitiones cardinalibus donando eos officijs; quatuor dumtaxat reseruatis; quorum obuentiones sibi retinuit. Conclauarijs etiam; alijs quam complura beneficia & quadraginta milia ducatorum; vestes insuper contulit; & omnibus gratias egit pro electione de se facta. Et non post longum interuallum a publicatione electionis pontificali apparatu amictus; magna solennitate & pompa in solio a lecticarijs ducitur in basilicam apostolorum; in capellam beati Andreę ad gratiarum actiones; vbi a cardinalibus solita veneratione fuit exceptus; vt superius in genuflexione pijsissimi Adriani retulimus; & post benedictionem populi, in limine facelli; magister cæremoniarum tenebat duas arundines; alteram stupa; alteram candela incensa paratas; & cum papa egrederetur; alta voce & intelligibili acclamauit incendere.

do stupam; pater sancte sic transit gloria mū-
di huius. Deinde in medio ecclesie fecit idē;
tertio deniq; ad exitum basilicæ eadem pro-
tulit verba; & eodem ordine ac comitatu re-
uersus est in sacrum palatium. Primitie pon-
tificatus fuit; creatio datarij Ioannis Mathæi;
qui & si iuuenis prudentia tamē senex claris
q̄ virtutibus pollebat; vt ab omnibus proba-
batur. Postmodum vero magna festa solenni-
tatesq; celebrabantur vsq; ad calendas Decē-
bris; quibus pontifex nouus coronatus. Cæ-
terum quia anim⁹ meus fuit gesta beatissimi
Adriani immortalis memorię viri describere
que facta sunt tempore Clementis foelicis re-
cordationis sub silentio præteribo. Hoc enim
esset membranam (quod aiunt) totam occu-
pare; maxime quia in Romanorum pontificū
annalibus latius & elegantius sunt designan-
da. Ac ne multum a proposito videar dilabi
ad rem coeptam reuertar.

DE RETENTIONE BENEFI- ciorum in pectore pontificis Adriani.

CVM beatissimus papa recolendę memo-
rię vir in omnibus esset circūspect⁹; præ-
cipue tñ in p̄uisione beneficiorū; eos vndiq;

viros queritans; quibus salua conscientia posset ea conferre / cum eos ex sententia non facile inueniret / plurima beneficia post eius decessum vacantia remanserunt. Et quia nō passim & sine delectu curialibus ac reliquis beneficia & ordines de more conferebat; æmulum inuidiq; tenacitati potius q̄ debite provisioni hoc imputabant; minime considerātes / qua vigilantia ac solertia beneficia sint conferenda. Prælati enim iuxta canonum statuta ad vnguem perpendere debent viros prouectiores scientia moribus & etate / qui in sacro ordine & ecclesijs sunt collocandi; vbi ne potentia aut supplicatio quorumlibet subrepat / merita personarum sunt expēdenda. Et quia vigilantissimus papa tam in promotionibus: q̄ beneficijs conferendis; hæc exactissime obseruabat / in multorū indocilium quasiq; barbarorum hominum odium incidit. Cum dignitates / personatus & reliqua sint singulis singula & non plura (vt sacri canones testantur) tribuenda. Attamen nonnulli modum auaritię non postponentes / dignitates diuersas & plures ecclesias: contra canonicas sanctiones nituntur accipere. Qui cum vnum officium vix adimplere sufficiant; plu

rimorū stipēdia sibi vēdicāt; q̄ multis līatis
viris vitę puritate ac testimonio bonę fame
pollētib⁹; quicq; infœlices in plateis mendicāt;
possēt abūde sufficere; equa distributiōe col-
lata. Hęc & maiora pericula pluralitas bene-
ficioꝝ ū execrabilis adfert. Plura enī sacerdo-
tia habētib⁹ parat̄ materia vagādi / p̄ter id q̄d
diuin⁹ cult⁹ minuit; atq; iura ecclesiarū absen-
tia rectorū collabūtur & (q̄d deterius est) ani-
marū cura negligit̄ / & vitiorū sentib⁹ fomētū
periculose p̄bet. Hęc & alia huiusmodi effre-
nata cupiditas / sui pdiga / pacis emula; m̄ lī-
tium; materia iurgiorum; generat. Et cum hi
nōdum in castris dominicis fuerint initiati / iu-
re optimo tamen putant sibi maiores præbē-
das deberi; tum; quia antiqui curiales; tū præ-
cipue; quia caudatarij sint; aut cubicularij do-
minorum cardinalium non attendētes quod
etiam leges ciuiles officia secularia & princi-
palem locum non tyronibus / sed veteranis /
ac per singulos gradus examinatis conferūt.
Quis tam arrogans / tam impudens erit; qui
in cœlesti militia / quę propensius ponderan-
da est; & sicut aurum repetitis ignibus explo-
randa / statim dux animarum esse desideret /
cum forte ne tyrociniū quidem fecerit / cum

k

pri⁹ lectorē: aut ostiariū psalmistā; exorcistā;
siue acolitū in diuinorū rudimētis (vt sacros
ordines omittam⁹) agere debuisset. Cum ini-
quū sit absurdūq; vt imperiti magistris; noui
antiquis rudes emeritis preferātur. O execra-
bilis ambitio quæ semper quo plus ambit eo
magis fit insatiabilis; quo sibi amplius indul-
get; eo magis inhiat. O improbitas importu-
na petētiū a pōtificibus Romanis coacerua-
ta sacerdotia / vt nō tā obtinuisse; q̄ extorsisse
pleriq; noscātur. His omnib⁹ vicari⁹ vniuersi-
salis mederi cupiēs; quæritabat vndecunq; li-
teratos quibus ecclesiarū gubernacula com-
mitteret / doctorē (inquā) de Agreda; doctorē
de Aluarado; doctorē Coldefança; doctorēq;
Ortiz tūc parisijs cōmorātē; vt ex multis hos
saltē pauculos se ligamus / ac plures alios in
Hispania / Frācia; Italia; & vtraq; Germania
(vt de me interim taceā; nō inter hos ante si-
gnatos doctores nominādo) eisdē tñ ab eodē
pōtifice cōnumerato; ideoq; cū prouisiones;
et alia huiusmodi premiffa oculē⁹ testis inspe-
xerī; omnib⁹ hęc pemoscēda curauī. Ac pro-
pterea maxime curialib⁹ pōrifex erat infest⁹;
quasi nouarū opinionū supsticios⁹ inuētor; q;
vtinā cōsiderassent; q; si qua beneficia viuens

adhuc nō cōcessit pastor eximi⁹; nō sibi / sed
viris doctis & sublimib⁹ perquirēdis referua
uit vt experimēto / exēplisq; oñib⁹ p̄bis fuit
exploratū. Cōsiderassent p̄terea detractores
(ne opinarent̄ eū esse tenacē) inopiā aplicæ
camerę; ex ea q̄ oīa vasa aurea & argētea / &
p̄ciosissima quęq; supellectilia / asportata aut
pignorata esse. Adeo; vt neq; obol⁹ quidē; q̄
indigentia subleuaret; in ea reperiebāt / nedū
ad liberalitates exercēdas sufficeret. Et nemo
in tāta pauperie posset liberalis existere nisi
demēs / aut nī contra fas extorsisset gabellas
seu impositiōes a subditis / q̄d minime attēta
uit piētissim⁹ papa; imo poti⁹ eos spū lenitatis
cōfouebat illorūq; indigentijs subueniebat.
Animaduertissēt etiā; ob acerrimā pestē siluis
se negotia; e q̄b⁹ obuētiōes aplicę camerę eue
nire solēt. Neq; erat industri⁹ ad inuestigādas
pecunias (magis dedit⁹ lucubrationib⁹ r̄arū)
vellet nēpe soluere creditas p̄ classe parāda &
exercitu colligēdo; cliētela q̄ alēda; q̄s q̄dē oī
no; breui & imatura morte nō esse solutas re
or. Cōsiderātes vero magnas impēsas aplicæ
sedis sūmā inopiā / parsimonie & nō auaritię
attribuerēt. Si enī hoc nō fecisset sanctissimus
papa; dilapidator bonorū potius q̄ magnifi

k ij

cus largusq; videret. Quāuis sepe vitia se in-
gerūt sepissimeq; sub virtutū p̄textu latitare
conātur. His veriorib⁹ et iustis causis obstrue-
re ora latrantium contra pōtificem existimas
ui/ licet alius oratione magis composita mee-
li⁹ posset eum excusare/ sed veritas absq; am-
pulosis verbis; longisq; verborum ambagi-
bus se ipsam demonstrat. Hęc sat mihi pu-
to retulisse/ ne in re tam clara prolix⁹ aut ver-
bosus videar.

DESCRIPŦIO STATVRÆ ET
qualitatū Adriani pontificis maximi.

AD coronidem opusculi congruum dus-
xi/ in meam aliorumq; piam recordatio-
nem staturam & qualitates Adriani sexti pō-
tificis maximi dignas memoratu describere.
Nam quod imago depicta indoctis/ idē scri-
ptura prestat literatis hominibus. Erat igitur
membrorum pulchra temperatura/ aspec-
tū pulchro/ vultu oblongiori/ candido; &
rubeo; sublimo naso. Ac aliquantulum aut
senio aut natura incuruabat caput et collum:
statura proceriori/ incessu moderato; neq; tar-
do neq; cito; silentio prouidus; utilis & caut⁹
in verbo/ humilis; doctus; castus/ honestus;

conuersatione alacer; ac benignus; vidētibus
& colloquentibus placidus ac clemēs / sermo
ne verax / iudicio rectus / qui conspiciētes ho
nestate instruebat; atq; reficiebat moribus; in
teggerrim⁹ vita; literatura sacra cōspicu⁹; adeo
vt eius tempestate par difficillime reperiret.
Heu miserā temporis calamitatē; antequā fa
stigiū pontificatus adipisceretur / erat exē
plar virtutum; in pontificatu vero non defue
runt detractores critici & blaterones; qui illi
detraherēt. Post obitū vero a maleuolis qua
si vas contumelię fuit reputatus. Deus tamē
qui cuncta per veras causas agnoscit; aliterq;
homines iudicat / qui bene nouerat mentem
& opera pijsissimi pape. Que neq; magnitudo
status mouit; vt vitam mutaret; immo eadem
frugalitas eadē continentia; par in sacris elo
quijs enucleandis ardor & studium; sibiq; per
omnia similis in cultu & parsimonia / æquali
in omnes mansuetudine vsus / nulli seruiuit
desidię nulli deniq; fuit perturbationi apud
eum locus. Neq; minus clementer ac leniter /
vbi res postulabat / vel seuerē & rigide & di
xit & fecit omnia / ni forsan clementior fuerit
natura / q; regnorum gubernatores decet. Au
dacter fortassis asserere possem; vt domestic⁹

testis; quod neq̄ vidi / neq̄ persensi / quādiu
in eius obsequio & ministerio permāsi; quid
quā sinistrum aut minus graue in dictis aut
factis; imo quasi speculum cunctarū virtutū
anteq̄ urbem ingrederetur; vt cuncti nouerunt.
Cuius orationi studiū vehemens succedebat.
Et studium interdum oratio interpel-
labat / ita vt ea solum tempora; quę nature ne-
cessitas exigit / victui & quieti cōcederet / cæ-
tera omnia officijs diuinis ac humanis ita dis-
tribuens / vt humani generis aduersario nul-
lum locum vacuū relinqueret. At quid mor-
ror in illius præconijs enarrādis; cum esset vir
ex omni parte irreprehensibilis; de quo cons-
ultius forsan esset nihil dixisse; q̄ hec pauca
referre; præsertim cum lingua dictātis impar-
sit tam arduę materię.

DE BREVI MORA IN VRBE
post pōtificis obitū redituq; meo in Hispaniā.

Occasione tamē hinc sumpta in calce huius
opusculi (vt de me interim nonnihil
loquar) annectere volui breuē morā / quam
post obitum domini mei pape / in vrbe nō ta-
men sine causa traxi / reditumq; meum in His-
paniā: nonnihil ad rem attinentem adiungā.
Defuncto enim dño meo non pœnitendo pō

uifice; lites exorte (vt folet) super canonicatū
meum reditum morabantur. Quapropter o-
portuit gradum figere / eis q̄ finem optatum
imponere. Et habita ſententia exequutoriali
bus (vt ſic dicam) obtentis poſſeſſioneq; ca-
nonicatus a clariffimo ac perinde in orbe ter-
rarū celeberrimo capitulo alme eccleſiæ To-
letanę conſeſſa / cōtinuo composui ſarcinulas
vt ad propria remearē. Sed cum non expedi-
ret hominem ſolū proficiſci / potiffimum ex
Italia / queſiui comites; & inueni ex familia
pape paucos quidem ex multis. Nam illorū
magna pars illa infeſta & proluxa peſte iā pri-
dem obiuerat / alia in exercitum imperatoris
diſtracta cum expeditione maximi Adriani
eius morte fuerit conſumpta / reliqua uero pe-
rūt in illa miſerrima ſūmerſione dñi Ferdinā-
di de Silua: de q̄ ſuo loco dicetur. Et cū ſacra
eloquia nos doceāt: vt quecūq; agere uerbo
aut opere uelim⁹; oīa in nomine dñi Ieſu chri-
ſti faciam⁹: mœrētes omiſſo duce; omniq; co-
mitatu in baſilicā cognomēto ſc̄e Mariæ de
pp̄lo nos cōtulim⁹. Vnde poſt rē diuinā cele-
bratā foelicit̄ coepim⁹ n̄m it̄ die Martis idib⁹
Martij āni uigefimi q̄rti ſup̄ ſeſquimilleſimū
hora decima q̄nta ſecūdū horologiū romanū

k iij

quod numerari incipit a solis occasu pridie
ne diei. Et tendimus in oppidum de Bacano
cui adiacet nemus illud satis vulgatum eius-
dem cognomenti; & lacus capax ad piscandū
& cum pisces sint mali / nihilominus tamen
aer deterior est; distat t̄ ab vrbe quatuordec-
cim (vt mensuris Italicis vtamur) milliarijs.
Ac illico inde profecti in oppidum de Mon-
teroso peruenimus seiunctum a præcedenti
sex milliarijs; quorum tria leucā Hispanam
conficere dicuntur. Deinde oppidum de Ruise-
llon ī noctis crepusculo petiuimus: inter que
duo oppida fluit amnis pfundus. Nihil aliud
inter vtruncq; memorabile cernitur / præter la-
cus piscatorios similes præcedenti. Die Mer-
curij in aurora egressi / concessimus Viterbiū
ciuitatem / quam (vt reor) mille vicini colunt:
vbi corpus diue Rosę in cœnobio quodā mo-
nialium colitur. Que illac transeuntibus dāt
chordulas quasdam quibus sacrum illud cor-
pus tetigerant / iuuātes quidē (vt incolę aiūt)
parturientes patientesq; lumborum dolorē:
& renū / ac huiusmodi alios cruciat⁹. Quod
minime ambigendum puto; ob prerrogatiuā
illius beate virginis; nam eius merita hæc &
maiora priuilegia merentur. Est præterea cœ

nobium sanctę Marię dela Chercia nro idio-
tismo del enzina nuncupatum. Continet etiã
imaginem deiperę virginis / quam magna re-
ligione accolę venerantur; distatq; a Ruifellõ
decem milliarijs. Hinc perreximus in urbem
nomine Montis Flascon alias Talisco / quę
licet parua inhabitantium numero; fulget ta-
men cathedrali ecclesia; qua corpora beato-
rum Margaritę / et Felicitatis; & septem filio-
rum magna deuotione coluntur. Cui eregio-
ne non eminus prominet palatium episcopa-
le; honoraturq; preterea corp9 sancti Publia-
ni in propria ecclesia / vnita tamen maiori ba-
silicę. Circunstãt urbem tria cœnobia; vnum
diui Augustini; aliud beati Frãcisçi; tertium
eiusdem ordinis nominatum seruorum. Con-
tinet etiam quatuor ecclesias parrochiales / &
castrum occidentem versus mediocriter mu-
nitum. Quę omnia redunt urbem illam ma-
gnificam / infula episcopali decoratam; quam
quidem minime proprius sponsus illustrat /
propterea q; quondam cõmunitas eum occi-
disse perhibetur; ac ciuitati dignitas episcopa-
lis iure subtrahitur casu quo ipsa interemerit
prelatum; vt. c. fi. 25. q. 2. Neq; stupefcas tali
poena eos puniri; cum in libro decretorum

scriptū sit / oues pastore nō reprehēdāt; Plebs
episcopum nō acuset; neq̄ vulgus eū arguat.
Quin imo sententia Chan filij Noæ damnan-
tur qui suorū prepositorū culpā prodūt mo-
re Chan; qui verēda patris nō opperuit / sed
irridenda mōstrauit. Cū si aliquid cōtigerit /
de dñi sacerdotib⁹ audiri; q̄d p̄is mētibus in-
gerat cōfusionē (nō ifrunitū Chā sed pudora-
tos filios Noę imitātes) cōtegere teneātur. Le-
git̄ preterea imperatorē Constātinū dixisse:
vere si proprijs oculis vidissem sacerdotē dei
peccātē; clamidē meā exuerē; & cooperirē eū
ne ab aliquo videret̄. Ergo si accusare aut re-
prehendere suos prepositos nefas iudicat̄; q̄n-
to atrocius oues trucidasse pastore; nefandū
& immane flagitiū; solacq; morte piandū est.
Quod raro aut nunq; in nostris Hispanijs ac-
cidisse credit̄; & si proditū sit; in comitatu de
Vizcaya Cantabros olim propriū interemis-
se pōtificē / huius tamen facti; nihil certi cōie-
ctari potest; quāuis aliqui opinētur p̄pterea
episcopū eorū prouinciā neq; vīitare; neq; in
comitatū ingredi ac etiā iura duplicia ab eis
in litib⁹ ecclesiasticis persolui; que quidem ar-
gumēta nequaq; ob id hāc cōsuetudinē ino-
leuisse probāt; & si vulgus hoc teneat; aliterq̄

alijs sentiāt: hoc tñ liquet; q̄ episcopus nō visita-
tat illos/ neq̄ illi se visitari permittūt; eo fors-
sam q̄ primates prouincię obsistāt; ne ab eis
decimæ; & alia emolumēta ecclesiarū vendi-
cētur. Sed ex quacūq̄ causa id euenerit/ oportet
(ne grex dñicus dispergeret) oues suum
pastorē agnoscere/ & si apud ipsos ad gloriā
dei; fides illibata & inconcussa permaneat; q̄d
vt testis & arbiter asseuerare possum/ non tñ
ambigo quī multa incōmoda ex absentia pre-
lati exoriantur; quibus esset medēdū. Nā san-
ctius est intēpus occurrere; quam post vulnus
impactū medellā quærere / ideoq̄ esset opus
rei tā periculosaē itēdere animū. Quia vt euā-
gelica sentētia premonet; bon⁹ pastor cogno-
scit oues suas; ab eisq̄ mutuo cognoscit. Vnū
corā deo testor; q̄ quādiu in episcopatu Ca-
lagurritano fui demorat⁹ cū multis nobilib⁹
viris comitatus Cantabrię: sepe pertractaui;
de ingressu et visitatione nomine episcopi do-
mini mei faciēda q̄ nūq̄ ei obstiterūt. Ac nisi
electio pijsissimi Adriani/ citi⁹ q̄ perficeret ne-
gotiū emergeret; omnia (vt reor) cōponeren-
tur. Neq̄ piget hæc inseruisse/ & si videantur
ad rem propositā non attinere; vt aliquis for-
tasse zelo religionis accensus/ a sūmo pōtifice

& rege Carolo imperatore nostro impetrare
conetur/ vt presul Calagurritanus plane & si
ne offendiculo comitatum Vizcaie sicut reli
quas partes episcopatus visitet; euāgelica enī
lectio precipit compelle eos intrare. &c. Ad
rē itaq; rediēs/ ne longius prouehar: predicta
ciuitas Mōtis Flascon distat a Viterbio octo
milliaris; illinc egressi hora tertia post meri
diem tetendimus Vulsenam/ ducentorum ci
uium oppidulum / quod ferme circundat la
cus magnus triginta milliariorum/ quod præ
tereuntes/ appropinquauimus oppidulo nū
cupato sancti Laurentij satis munito distanti
a Monte Flascon nouem milliaris/ & a Vul
fena tribus/ vbi pernoctauimus. Die Iouis di
luculo a sancto Laurentio discedētes sex mil
liaris in oppidum de Aquapendente deueni
mus; & absq; mora abeuntes / accessimus di
uerforia de Palla per alia decem milliaria/ ac
post prandium in cauponam de Escala / vbi
illa nocte quieuius; licet per terram ignobis
lem inhabitatamq; octo milliariorum inters
uallo concessimus. Sequenti vero die Vene
ris in sanctum Quiricum nos cōtulimus; leu
ca (vt breuius dicam) inde distātē. Quod op
pidulum & si paruum sit/ aliquantum tamen

premunium apparet; processimus q̄ decem
inde miliarijs in municipium de Buencon-
uento. Tãdem ad oppidum de Lucina semo-
tum quinq̄ miliarijs. Deinde in Monteron
paruo tramite distantem ventum est. Et pran-
si Senas duabus leucis semotas appulimus / q̄
ciuitas semp̄ imperatoris partes sequuta est;
ideoq̄ forsan imperialis appellatur. Hęc sa-
ne quondam conterminarum clarissima extis-
tit; hodie vero magna eius pars diruta manet
nihilominus tamē vbiq̄ terrarum insignis ha-
betur / tum quia episcopali dignitate decora-
ta; tum vero quia caput diuę Catarinę Senen-
sis in ecclesia eiusdem nominis magna deuo-
tione obseruatur; ac propterea vulgo dicitur
sancta Catarina de Sena. Ex eo etiã insi-
gnis habetur quia neminē in terris prefectū
aut superiorem dignatur; ideoq̄ proprio iu-
re regitur / vt Venetię ac alij potentatus Ita-
lię. Breuius expediti a Senis in vicum nomi-
ne Strayam leuca comuni distantē; deinde in
municipium de Poggio imperiale trib⁹ millia-
rijs semotum; hincq̄ ad Pogibontium ca-
stellumq̄ Florentinum / oppida munita tran-
scurrimus.

DE COMPUTATIONE LEUCA
rū millarūq; Italicarū, passuū atq; pedum.

CAeterum quia ī hoc itinerario itinerum
interualla; milliariorū aut leucarū Hispanarū;
aut millarū Italicarū appellatione explicantur;
nō ab re me facturū existimo; si huiusmodi
interuallorum nomina exposuero. Vt sciamus
igit̄ quot passibus leuca comunis cōstet;
earū q̄ certitudo habeat̄; quatuor millia
passuū leucā comunē efficiunt; ac ne p̄ incerta
p̄cedam⁹; inuestigare etiā oportet; quid sit
passus; est enim mēsurā quatuor pedū; vt
inter peritiores cosmographos cōuenit; qui
proprie appellabitur nostro idiotismo Carpeta;
no trāco o passada / de quo habent canonistæ
glo. in. c. sicut antiquitus. 17. q. 4. quæ etiā
ponit quot digitos habeat. Pes enim quindecim
digitorum spaciū; vt in ea. glo. cosmographis
vero est sedecim; sed de his haften⁹. Deinde
vero per loca inhabitata & cauponas vsq; ad
Mōtē lupi; & ultra procedētes diuertimus in
suburbium Pisarū; vrbis antiquitus celeberrimæ
& primas puincię obtinētis; q̄ dñabat̄ in
magnā partē maris nr̄i terrarūq;. Nūc autē facta
est sub ditione & tributo Florentino. Habet
hec antiqua ciuitas & celebrata p̄ orbē; iuxta

cathedralem ecclesiam / templum sancti Ioan-
nis Baptistæ satis insigne cum turri artificio
singulari constructa; quasi minanti ruina-
m: quæ propius transeuntes conterreat. Est præ-
terea iuxta templum cæmeterium cuius area
parietibus circumquaque depictis inclusa / di-
citur Campus sanctus instar Romani. Huic
domus episcopalis quasi cohæret. Ex altera
parte edes canonicis ad degendum victitan-
dumque deputatæ: quibus annectitur vicus
porrectus / longe lateq̃ discurrens / qui appel-
latur Strata satis magnificus; parum tñ habi-
tatus; p̃pterea q̃ tēpore estatis fertur esse no-
cuius. Continet præterea celebrē vniuersita-
tē / quā tūc decorabat magn⁹ ille ac famigera-
tissimus doctor Philipp⁹ Deci⁹ vtriusq̃ iuris
doctor. Collabit̃ etiā per mediā urbē annis
letificans eā / si letitia mestis / paulo ante dñis
modo astrictis alieno imperio (cum nodū re-
centem delenissent dolorem) tribui potest.
Habet item vltra prædicta loca / unum orpha-
no trophium non prætereundum / quo educā-
tur infātes expositi; opus sane memorabile in-
star nr̃æ illustris ciuitatis Toletanę i orbe ter-
rarū clarissimę. Reliqua vero siqua digna an-
notatu ibidē adhuc extāt; nō potui cōspicere;

quia clanculum urbem illam ingressus fui.
Cum ideo obseruaret ne ab vrbe Roma pro
fecti/peste illa acerrima & diutina qua vrbs
ipsa infestabat; queq; tot homines corripue
rat; quamq; illuc vsq; durare formidabat; Pis
farum urbem inficeret. Ideoq; velut in late
bris cunctati fuimus in nostro hospitio /
apud Pisas tres quatuor ve dies; expectan
tes quidem linthrem / qua Genuam vehe
remur.

DE COMPUTATIONE STA diorum & nauigatione in Genuam.

Verum quia superius annotaueram por
tus a Genua in Liornam distantem a Pi
sis nonaginta sex stadijs / hic non referam. Sta
dium est (vt hoc quoq; cum reliquis mensu
rarum interuallis omnibus innotescat) quod
continet octauam mille passuum partem; hoc
est centum viginti quinque passus; pedes vero
sexcentos viginti quinque; aut quingentos se
cundum certio rem cosmographorum com
putationem; hunc itaq; Pisanum portum nostra
agressi sumus nauicula (Ideo autem hos por
tus censui pretereundos ne geminato sermo
ne videar molestus) cum in nauigatione Adria

ni pontificis eosdem pro modulo descripserim. Prius autēq̄ accederemus Genuam; cōperimus militē quendam Hispanum; qui primus nobis cladem & calamitatē domini Ferdinandi a Sylua ambiguo verbo referauit / nos vero tristati paulatim processimus / cum paulo ante instantissime faceremus iter / vt cū illo in Hispanias regrederemur . At de⁹ ex alto aliter prospexit / ne tota lamentabilis pontificis familia / aquis obruta; peste / aut bellico gladio consumeretur; essentq̄ saltem / qui nūcium moestū (& si dolentes) ad nostrates Hispanos deferrēt. Demum adiuimus Genuam ibiq̄ inuenimus dominum doctōrē de Agreda; qui nos precesserat; vt cum predicto domino Ferdinando in patriam nauigaret. Eramus quidem tristes; quia iam apertius circumferebatur infortunium illorum nobiliū; agentes tamen quas potuimus gratias redemptori nostro; qui nos a tanta infœlicitate liberauit / cum omnes simul perisissent in nauis cōtrarijs fluctibus agitata. Neq̄ adhuc constat certus loc⁹ infortunij calamitosiq̄ casus / cum nemo illorum periculum euaserit; qui id nunciaret. O infœlix nobilium animus indefessus; quāta auuiditate; quanta solertia sequuti suum do

minum & aurigam pontificem Adrianum,
Quanta moestitia illo amisso sunt reuersi, ac
demum perierunt in mari cum domino Fer-
dinādo a Sylua e nostris plures illustres viri;
quorū paucos obiter referā; dñm Petrū (in-
quā) filiū marchionis de Mōte maiori; ac do-
minum Alphōsum filiū comitiſſæ de Salinas
noſtri patroni Adriani camerariū; multosq;
magistros militiae ordinis ſancti Ioānis; quos
virtus a calamitate exemerat Rhodia; vt cau-
ſa latens fluctib⁹ ſūmergeret ac ſuffocaret cū
plurib⁹ alijs; quotquot nauis illa magna Car-
raca vulgo nominata onuſta capere poterat.
Fleuit inſoelicitatē Hispania; et præcipue nra
vrbs Toletana ſuos filios extrema fuiſſe paſ-
ſos. Fleuit etiā Genua ciues ſuos cū nauarcho
ſuo obrutos. Fleuit præterea Nolēſis ciuitas
nauclerū ac miniſtros nauis; ac ciues merſos
amiſſe. Hinc pēſanda ſunt facta diuina; heu
nos miſeros; qui anxij feſtinabamus; vt ſimul
cū eis nra fieret nauigatio. Quod de⁹ ſua cle-
mētia dignatus eſt auertere iud. cio ſuo ſecre-
to. Quod vtinam fuerit ad ſalutē animarū no-
ſtrarū. Cæterū vix paulū proceſſeram⁹ poſt
miſerabilē illā ruinā; ecce nuntiū nras percul-
ſit aures; quod altera nauis quæ vulgo dicit̄

carraca etiam sumersa fuerat; iuxta insulam
Ebusum que nunc Ibiça dicitur / ex qua dñs
Ioānes a Corduba decanus Cordubēsis cū
paucis (propterea q̄ esset in portu aut prope)
fuerat liberatus / reliqui vero emigrarūt a lu
ce. Nos vero circumdati angustijs / cōsidera
tis tot discriminibus timentes ne criminibus
nostris casus similis nobis accideret; quereba
mus modum securiorē / quo tutius proprias
domus possemus inuisere / cū ad hoc necessi
tas ipsa nos cogeret. Per terrā enim non erat
tut⁹ accessus; propter bellicā cladē Gallorū /
assiduosq̄ grassantiū incursus. Qui cum diu
moraremur genuē (vt fama erat) nobis astru
xerant insidias. Et cū aliud non superesset cō
fugiū; oportuit nos piculis vasti maris expo
nere / ac q̄ritare nauigiū; q̄ tuti⁹ nauigarem⁹.
Deniq̄ tertia se obtulit; nauis magna oneraria
q̄ merces ī partes occiduas erat euectura. Cu
i⁹ nauarchū instāter solici tauim⁹; vt quāpri
mū nauclerū ac nautas excitaret; nec nō ancho
rā; armamēta; funes āplustria & carbasa et mu
nimēta quec̄q̄ pararet; atq̄ malū cōstringeret.
Ne horū aut hui⁹ modi aliorū defectu carraca
nra piclitareē; ac nos vt ceteros deglutiret ma
ris sæua tēpeestas; et licet ipm ī horas hoc efla

gitaremus : non tamen continuo impetrauimus / propterea q̄ opus fuit illi viginti dies de morari. Et cum interim ocio vacassem; ne omnino ociosus essem / volui varias opiniones de nomine Genuę hic immiscere; vnde nomē acceperit Genua cū sit caput Ligurię. Libuit etiam mores indigenarum huic papyro mandare / qua in re (quāuis crasso stylo) annotassem situm ac pulchritudinem eius; & pleraq̄ in illa vrbe annotanda / nisi sigillatim elegantius et copiosius Didacus Lopez Stūnica Cōplutēsis (vt supra retuli) hęc omnia in suo explicauerit itinerario; vbi harum rerum cupidius cuncta poterunt pellustrare. Ad primum ergo dixerunt quidam Genuam a genu deductam; quia habet quasi quodam genu curuū et semisphericum a latere maris / alij a Genuo qui eam condidisse putatur; quidam hanc urbem Ianuam appellant q̄ a Iano conditam dicunt; alij vero / quia sit ianua Italię; & potissimum Gallię Cisalpinę siue Togatę / quę vulgo dicitur Lombardia. Apellatur etiam Genua Ligusticū emporiū. Ex hac incipit mōs Apeninus / qui dorsum Italię dicitur. In eadē hac vrbe nobiles et mercatores vestibus vtuntur talaribus ac manicatis; neq̄ intra urbem

noyey
g genu
sium

equitant/necq̄ ferūt arma/nisi bella continua
aliud pro tempore introduxerint:foemine ve
ro absq̄ palijs & sine turba pedisequarum &
sine caliendris seu vittis incedunt; reticulo ta
men colligūt capillos/facileq̄ sine iniuria va
dunt ad forum/etiam honestiores (quia con
ditiōe lociq̄ natura humiles) & sibi compa
rāt necessaria; & cum virgines aut nupte non
induant capita vittis; magna in nutriendis cu
randisq̄ capillis est illis quasi ingenita solici
tudo. Que quidem sunt procerioris staturæ
q̄ nostræ; vt experimento comprobatur. Sūt
præterea (vt asserit) Genuenses ditiores mer
catoribus cunctis/quia nobiles etiam nego
ciantur; & si iure sint prohibiti. vt in l. 3; C. de
comer. & mer. cuius verba sunt **Nobiliores** nobil
natalibus & honorum luce conspicuos & pa
trimonio ditiores perniciosum vrbibus exer
cere mercimonium prohibemus; vt inter ple
beios & negociatores facilius sit emendi ven
dendiq̄ commercium. Et quanuis ratio huius
legis sit iusta; rationabilis; & honesta; iam do
mini Genuenses cum sint legibus exempti/
quia si non iure re tamen ipsa recusant supe
riorē/in hoc non seruant iura/sunt acutissimi
ingenij; ideoq̄ commercantur in pluribus nri

hemispherij locis / ac alterius nra tepestate re
perti. Fertur apud oēs in suis cōtractib⁹ et pa
ctionib⁹ iuiolatā seruare fidē. Multa alia pos
sē referre; sed ne videar lōgī⁹ euagari; de his
hacten⁹ vt eo reuertar vnde nra diuertit oīo.
DE NAVIGATIONE A GENVA
in Hispaniam.

Q Vum itaq; oīa essent parata; pridie id⁹
Aprilis die Martis prope solis occasū:
aliquātulū pauidi & meticulosi ob aliorū in
fortunia; que nos cautiores reddiderunt / ad
preparāda cūcta cōscēdim⁹ nauim; atq; intēpe
sta nocte soluūtur vela vētis / accessim⁹q; ma
ne apud Saonā; iuxta quā huc et illuc ferebat
nauigiū; expectās merces in Hispaniā vehen
das. Nocte vero sequēti paulatī nauigauim⁹.
ac die Iouis ante meridiē vētū est in urbē No
lā; que et si nūc parua; olim nobilis et egregia
dignitateq; episcopali nūc insignita fulget; nō
tñ tāti reddit⁹; quāti (vt sic dixerī) Burgēsis
episcopat⁹ / hec extra muros duo cœnobia p
tegit. Alterū ordinis seraphici Frācisī; alte
rū monialiū; vtrūq; tñ tenue; vltra que habet
castrū ferme inexpugnabile poti⁹ natura / q̄
arte architectorum. Adhec sūt multæ turres
in edib⁹ incolarū; q̄s singulas singulos merca

tores pprias habētes naues & nō alios ferūt
quōdā fabricasse. Quod ppter ea ānotare vo
lū; ne tā insigne factū vetustate penit⁹ abole
ret; cū huiusce rei pauci indigenarū memores
fuerūt. Māsim⁹ Nole in diē sabbati / & circa
crepusculū nullo vēti flatu reuertimur ī nauī;
ac tū demū paulisper cœpit inualescere vēt⁹.
atq; secūda vigilia / naucler⁹ opportunū cōsi
derās tēp⁹; iussit nautis velificare. Embolaq;
(qd aiūt) foelici tēdim⁹ meridiē vers⁹; vt pla
gā man⁹q; fugerem⁹ Gallorū; atq; Andree de
Oria addicti eo tēpore regi Frācie. Qui vt leo
nes ad p̄dā parati præternauigātib⁹ ac nobis
p̄cipue insidiabant. Tū prop̄t nauigiū mer
cesq; p̄ciosas / tū etiā / q̄a ex vectorib⁹; q̄ illa
nauī vehabant; alij p̄bēdati; alij vero diuites
erāt. Ac dū magis p̄tēderemus cōtra meridiē
magis ac magis inualuit vēt⁹. Et vsq; ad vespe
rū dñice diei trās Latij ducat⁹q; Sabaudie cō
spexim⁹; atq; prima noctis vigilia; iuxta insulā
vulgo appellatā de Eras perlabētes; fretū de
Hierro agredimur. Deīde illa eadē aura secū
da; die Lunæ tranauimus sinū alterū nuncu
patū de Leō. Et a p̄cedente nocte diei domini
cæ vsq; ad diem Mercurij; nil aliudq; cœlū &
mare visum est. Qua die cum mare & littora

nebulis contegerentur; neque nauis; neque illorum
praefectus cognoscere poterant / longe essemus
a terra necne; quo ve cursus esset. Et cum sol
paulatim rumperet caliginem; in cacumineque re
fulsisset / repente; conspeximus montes nostro
mari adiacentes / & qui naui praerant / laeta
mini / letamini (inquiunt) amici quia incolu
mes in Hispaniam tandem appulimus. Quo
audito nuncio; quae gaudia & letitia / post tot
angustias piratarumque incussam nobis formi
dinem; nos iam metus expertes coeperint; vix
erit credibile / quotque laudes omnipotenti deo
necnon intemerate virginis egerimus / ille pen
sabit / qui simile periculum euasisset / tum pro
tanto munere a deo concesso / tum quia para
tas insidias scopulorumque allisiones / nunc hian
tium coecas vorticum fauces absque ullius detri
mento transigeramus; tum quia nos ad optatum
perduxit portum. Quanto vero iubilo agitare
mur; nemo (inquit) significare poterit / neque cala
mus meus demonstrare. Quia hi solum optime
normi / qui eisdem periculis vexati / eadem eua
serunt. Adde etiam quod portui de Rosas / a quo
Hispaniarum ultimo cum sanctissimo domino nostro
papa / copiosa & illustri comitato caterua dis
cessum fuerit (cum in urbem nauigaremus)

die predicta Mercurij pridie idus Aprilis hora vesperorum foeliciter appulimus. Videre tunc posses / qua sollicitudine; aut verius letitia / scaphis / monoremis / nauiculis; in terram desideratam quasi praecipites descenderem. Qui vero ex Betica / aut Valentia / licet paucine per tot viarum dispendia fatigarentur / in nauis remanserunt / eos Cartaginē euectura.

CDE ADVENTU IN HISPANIAM: ac nonnullis insignibus rebus Cataloniae eiusqz amplitudine.

De Iouisa Rosarum oppido in locum de Castellō mediocriter munitum trescentorum vicinorum leuca distantem / ac continuo Gerundam quinque a precedenti leucis semotam ventum est. Horum oppidorū medio interuallo nihil memorabile occurrit praeter humū margam iuxta ciuitatem. Reliqua vero quia maritima / sabulosa; atqz sterilis / inhabitataqz manet. Vrbs Gerundensis perpulchra ac (vt reor) duorum millium ciuium capax / fulget episcopali dignitate; continetqz plures ecclesias & monasteria / & est caput feracissime prouincie appellatae de Lampurdā. in qua plusqz alibi in toto principatu Catalo

ndvle
207
nia grassantur pestiferi homines; qui baniti
seu pscripti dicuntur; depopulatores agrorum;
qualisq; quoddam viperarum genus omnibus in-
festissimum. Ij saepe itinera frequentat; & publi-
cas stratas insidijs; & incursionibus obsidet/
vt totam regionem infestet. A quibus cedes; stra-
ges; atq; insidia parantur; & alia innumerabi-
lia damna ab ijs oriuntur quibus segniter obuiat.
Hanc civitatem a suburbijis riuul9 aut ver9 tor-
res diuidit. Die sequenti in oppidum de Sterlic;
centum & sexaginta stadijs a Gerunda semotum;
deinde vero locellum de Sazona a precedenti duab9
stella
apple
in a. s.
in p. p. p.
subo u
pagu
stada
b9 leucis distinctum; ubi fertur beatus Francisc9 cum
in Hispanias proficisceretur ab indigenis vapulas
se et continuo in pagum de Roca itinere nonagi-
sta sex stadiorum nos contulim9. Vbi quia nox ista
bat; quiescere nos oportuit. Ceterum quoniam stadio-
rum mentionem fecim9; pro quibus nostrates itinera ras-
sissime metiuntur; octo stadia milliariu9 tria mil-
liaria unam leucam conficiunt; quamuis nonnulli qua-
tuor milliaria vni leuce attribuant. Die sabba-
ti quatuor leucis Barchinonem pro caeteris Hispa-
niarum urbibus elegantem accessimus; quae adiacet
Balearico nostro mari; necnon radicibus montis Io-
uis quae vulgo dicitur Moju ubique gentium vulgatiss-
sima; ex cuius lapicidina (vt accolae aiunt) tota

ciuitas & muri cū sit lapidei/ extructi fuerūt/ *nota*
neq̄ ideo fuerit mōs diminutus. Mirāda pro *cosa*
fecto res/ cū oēs edes ex lapidibus inde exci
sis cōstructæ sint: nisi cū iuriscōsulto Papinia
no in, l. diuortio, § si vir soluto m̄rimonio. ff.
dicamus lapides renasci: cuius verba sunt. Ni *Lap*
si talis sit; vt lapis ibi renascat; q̄les sūt in Gal *re na*
lia & in Asia. Volui citare verba iuriscōsulti; *cunt*
quia videt̄ hoc difficile creditu/ sed in mōte
Iouis experiētia docet vera dixisse Papinias
nū; nimirū cū mōs ille sit in confinibus Gallie
vbi (vt inq̄t cōsult⁹) lapides renascunt. Mul
ta alia in illa celebri ciuitate q̄ nō essent preter
mittēda reliquo: tū q̄dē q̄a n̄is nota patēt; tū
etiā ne cū multa dixero multo plura reliquā/
ideo decreui potius illa sub silētio præterire/
q̄ pauca dicere. A Barchinone in oppidū de *ma*
Marturel q̄tuor leucis semotū/ relictis obit *rel la*
Mōterei ac alijs oppidulis venimus; cōfestim *las m*
in locū de Esparraguera quatuor milliarijs *re d*
distātē; vnde in cœnobiū illud deiparæ virginiæ a
nis vulgo de Monte Serrato; toto orbe cele *pesat*
bratissimū duob⁹ leucis inde semotū cōcessim *sp. 50*
mus. Et q̄a multi aut deuotione/ aut curiosita *ca do*
te vidēdi; monasteriū eiusq̄ heremiticas cel *pien*
las visitāt; oīa p̄tereūda cēsui; q̄ tñ p̄ dignitate *ser a*
rie

materię iustum sibi volumen exposcerēt. Ea enim quæ omnibus nota sunt non debēt stricta serie narrari. Venimus itaq̄ ad locum de Igualada quatuor leucis; deinde in oppidū de Momaneo duabus; ac illico in Cerueram tribus; indeq̄ in Tarragam vna leuca equiualentibus duabus peruenimus. Vnde de longiori leuca ortum est adagiū apud nostrates; a Tarraga vsq̄ Cerueram. Perreximus continuo in oppidulum de Castilnouo; hoc est castellum noui sexaginta quatuor stadijs segregatum a precedenti. Deinde vero Belloc hoc est bellum locum tribus leucis ventum est; cursimq̄ transeuntes in antiquam urbem Ilerdam factis celebrem; tum propter vniuersitatem insignem; & infulam cathedralem; tum etiam ob fluuium Sicorim vulgo Segre mediam urbem interluentem; qui vt ab authoribus scribitur fluebat olim arenis aureis. Deinde in oppidū Alcarraz vltimū Catalonię deuenimus. Anteq̄ ad loca Aragonum accedam; vt intelligas pie lector qualis quantusq̄ fuerit Catalonię principatus; nonnulla quę prælibanda essent; hic saltē annectam; quibus facile cognoscetur eius nobilitas & amplitudo. Continet enim comitatum de Ruyfelloꝝ cōterminum

Franciae; ob cuius obtentionem pax antiqua Hispanorum & Gallorum fuit rupta; initia & taq; bella; cum prius sub pignore a rege Francie haberetur. Et a Carolo cognomine capitoso fuerit restitutus. Id quod curiosi ab historiographis radicibus elicere poterunt. Preterea archiepiscopatum Tarraconensem continet / ex cuius cognomento prouincia Tarraconensis nomen assumpsit. *que maiorem His* paniarum partem sibi vindicat / expanditur enim a Pyreneo ad Anam fluuium. Cui archiepiscopatu subiacent sex ecclesie episcopales *Hispaniarum* Prima Elnensis in nouissima parte principatus; secunda Gerundensis / tertia Barchinonensis; quarta Urgelensis / quinta Ilerdensis sexta Dertusensis. Habet etiam tria insignia coenobia *ma* primum Populeti; vulgariter dictum Poblet; *ar* vetustate notabile / quo sepulchra regum Aragonie; magna veneratione obseruantur. *po* Inter hoc & monasterium de Bonifac / fuit quodam illa subtilis contentio super locum de Rosellis de qua in c. abbate fane de re iudi. *in* lib. 6. in qua lite iura & allegationes vtriusq; partis copiosissime fuere deducta / & audacter fortasse possem asserere / nullibi latius & subtilius esse allegatum siue consultum; neq;

mirū: cū negotium esset monachorū et magni
momēti. Monasteriū de Populeto in redditi
bus annuis est multū locuples; sed plurimum
in subditis. Asserebatur nēpe neminē ex ma
gnatibus; duce de Cardona dēpto / in toto pri
cipatu plures habere subditos. Habet præter
rea illius abbas suffragiū in curijs Aragonie.
Hoc cœnobiū caput est ordinis diui Bernardi
di in tota citeriori Hispania sicut in nra mona
sterium sancti Bernardi extra muros Toleta
ne vrbis. Sed lōge dispar alterū ab altero / cū
illud opulētissimū; istud vero pauperrimum
sit; qd nō ideo minoris estimādum est; cum re
dēptori nro paupertas maxime arriserit. Vo
lui circa particularia huius sactę domus cala
mū protendere; eāq; proprijs oculis intueri /
qua vbiq; famigeratissima est; ac ppterea præ
cipue; qā in præallegato. c. illius fit mētio / cū
alias crederē lōgius a nro comercio esse / nec
mirum: cum in solitudine fuerit sita. Atq; ad
ipsam nō p itinera / imo potius p diuerticula
it. Secundum cœnobiū celebratissimū est
mris virginis de Mōferrat. Tertiū fortalitiū
Iliberritanū: qd nunc dicimus Salsas inexpu
gnabile quidē castrū; q claudit Catalonia / q
vt clarius designari possit; tātū occupat solis;

quātū Aragonum Valētinorūc̄p̄ regna. His itac̄p̄ decursis/in quibus aliquantulum diuagati fuimus; ad propositi itinerarij materiam pertractandam reuertamur.

TRANSITVS ARAGONIAE atq; denominatio Aragonis.

AB oppido igitur Alcarraz venimus in Fragā: municipium primū Aragoniæ multū amœnū / ad cuius radices fluit amnis nomine Cinga. Hinc in pagū de Cādasnos / nonaginta sex stadijs inde diuisum / & ad oppidum de Peñalua leuca tantum: ac alia in oppidū de Burjalaroz ; & cōtinuo in cauponas appellatas de sancta Lucia tribus leucis / et totidem in viculū de Oñera; atq; alijs tribus in vicū paganum nomine Alphaxarim per terrā aridam et inaquosam; q̄lis rara alibi habitata reperiet̄. Hinc alijs tribus leucis (vt sepius numero vtar ternario) in urbem inclytā imperialē q̄ per loca amena hortos; & pomaria / Cæsaraugustam deuenimus / quæ caput est regni Aragonum / qui hoc nomine fungunt̄; propter duos annes Aragones nuncupatos. Velut Iberi dicti sunt ab Ibero. Hęc celeberrima vrbs est metropolis / cui subsunt quatuor episcopatus: Oscēsis primus; vniuersita

tem vetustissimam habens. Nempe a tempore Sertorij vt ex illius vita apud Plutarchum liquet. Secundus Tirasonensis; tertius Pamplonensis in regno Nauarræ; quartus Calagurritanensis & Calciatensis; adinuicem vniti in regnis Castellæ; præter Segobrigensem simili modo ecclesię ciuitatis de Albarrazim vnitum. Et pro ea parte qua subiacet ecclesię de Albarrazi subest etiam Cæsaraugustanę metropoli pro alia vero qua Secobrigę archiepiscopatus Valentino. Hanc Cæsaream urbem merito a Cæsare nominatã abluit ille celebratissimus annis Iberus / a quo sepiissime Hispani nomen accipiunt. Ac iuxta eã est oppidum appellatum Velilla; quod quidem (& si nonnullis videatur fabula) habet cymbalum / quod cū aliquid memoria dignũ etiã valde remotum contingit / nemine impellente (vt Aragonenses testantur) pulsatur: res stupēda / & qui dubitauerit eos sciscitetur. Vnũ tamen in huius rei comprobatione asserere possum; quod cum iussu reuerendissimi ac illustrissimi domini Alphonsi Manrici archiepiscopi Hispalensis eo tempore inquisitoris generalis ad visitandas inquisitiones Nauarrę Aragonię atq; Catalonię missus essem; per

trāsireq; Cæsaraugustam; quidam ex officiā
libus sanctę inq̄sitionis / eo voluerūt me dedu
cere; quorum vnus promotor fiscalis ortus
in p̄fato oppido de Velilla / narrauit mihi
rem admiratione dignam. Volo (inquit) tibi
propalare cāpanā de Velilla nuper pulsatā;
& hactenus ignoratur causa / tunc ab illo per
cōratus sum / quid illud esset / qui p̄dictum
mysterium reserauit / cui refragari nolui / cū
esset vir non lubricę fidei. Perterritus tamen
nouitate rei tan insolite / & p̄fecto anteq; ac
cederem Barchinonem / diuulgatū fuit exci
dium Romanum. Quo tempore exercitus
imperatoris (occiso duce de Borbon quodā
igniuomo ictu generali capitaneo) urbem in
uaserat / eamq; multiplici clade vastauit. Ac
nisi diuino obtuitu dominus Alarcon stre
nuus vir & dux Hispanus / cum suis sti
pendiarijs Hispanis militibus / Germanis
obstitisset / actum esset de beatissimo papa
Clemente septimo / qui diu in castro Sancti
angeli detentus fuerat; quousq; imperatoris
nostri semper Augusti tanti facinoris ignari
iussu incolumis tandem euasit a p̄dicta de
tentione. Nec est q̄ mireris Christiane lector
q̄ actum esse de papa p̄dixerim; nisi sic euas
m

not.
el. rē

Sacra
de R.

fisset; quoniam cum plures exercitus Germa-
norū fuissent sectatores heresum Luteri; atq;
eorum tessera aut symbolum esset / nite pa-
pa/nite papa; quod significat minime papa/
nihil magis q̄ eum obtrūcare illa barbara &
& obtusa gens querebat. Sed quia non diu in
his morari decet; ne ab incepto longius di-
uertamur / cetera que p̄ suo modo nō essent
iniocunda relatu / de regno Aragonie; dignū
dixi relinquere; velut ea que omnibus essent
exposita & aperta / cum alias sit regnum Cas-
tellæ conterminum illi ac finitimum. Ceterū
(vt eo reuertamur vnde digressi sumus) quia
recta pergere non expediuit; oportuitq; re-
ctum tramitem deserere / ac in curiam impe-
rialem tunc Burgis agentem diuertere; inter-
fuit mea ab itinere quo petebamus Toletum;
declinare. Propterea a Cesaraugusta in oppi-
dum de Alagon quinq; leucis distantem / &
ab eo in vicum de Lucenic; duabus tantum;
ac totidem in pagum de Agallud; atq; sexa-
ginta quatuor stadijs in oppidulum de Cor-
tes regni Navarre; & totidem in locellum de
Ribahorada nos cōtulimus. Deinde per cam-
pos patentes per alias duas leucas / in nobilē
ciuitatem Tudelam deuenimus. Quā licet

obiter superius memorauius; quia non nostrum est minutissima queque preter animi intentionem attingere / illam (vt fastidium repetito sermone fugiam / eadem etiam facturum in alijs vrbibus / de quibus supra verbum fecerim) sub silentio pretereo. A Tudela vero vicum Cintrueño tribus leucis separatum petiuimus; ibique aliquantulum defessi quieui mus. Quum illuc vsque excursores verius / quam viatores it fecerimus; eo quod negotia mei canonicatus in imperiali tractabant curia. Et quoniam sodalis meus capellanus domini doctoris de Agreda precesserat; ad expediendam domum / quam in loco illo cum multis redditibus ecclesiasticis; supellectili insuper necnon instrumentis rusticis & possessionibus munitam predictus doctor obtinebat; eo quod ecclesia illius oppidi erat vnita thesaurarie (vt sic dicam) Tirasonensi; que quidem ab illo tunc temporis possidebatur; hinc egressus in oppidum de Aldeanueva.

DE ADVENTATIONE IN ILLUSTREM CASTELLANI PRINCIPEM HISPANIARUM.

AB oppido igitur de Aldeanueva per alias duas leucas in predictam urbem

m ij

antiquam Calagurram vigesima nona Aprilis die accesserā; cuius diocesim (vt in exordio opusculi tetigi) iussione episcopi domini mei Ioānis a Villalua sub officio prouisoris regēdam quondam suscepi. Ac die sequenti pridie calendas Mai in amoenam illam Lucronij urbem deueni / quæ præter collegialē ecclesiam / duo continet extra muros monasteria / alterum ordinis prædicatorum ad partem occidentalem / alterum seraphici Frācisici ad orientalem plagam / continet etiam castrum / muros & ante muralia / atq; fossam aqua repletam; quæ ciuitatem illustrem & inexpugnabilem reddunt. Postmodum vero sexto Idus Mai profectus in oppidum de Nauarret; per duas leueas / ac per tres urbem Najaram petiui / quæ licet sit parua / tamen munita conspicitur. Quam pertransiens leuca vna in pagum de Acofra; & per alias tres in ciuitatem Sācti dominici; tāto (vt prædiximus) illustratā patrono perrexi. Aqua egressus in oppidum de Grañon triginta duobus stadijs semotum / & per dimidiam leucā in locellum de Redezilla atq; per aliam dimidiā; in locum de Villadepun: quo (vt reor) finitur Calagurritanensis & Calciatensis episcopatus / & cursim tribus

leucis in municipiū de Vilorado Burgensis
diocesis deuētum est. Deinde .5. idus Mai in
oppidum de Villafranca de Montesdoca /
perueni. Cuius montes (vt arbitror) sunt cæ-
teris Hispaniarum celsiores / quandoquidem
illorum vertices seu cacumina diuidunt Ca-
stellæ & Celtiberiæ aquas hinc inde erumpen-
tes. Nam quæ orientem versus in Iberū / quæ
vero in occidentem / in Durium amnes deflu-
unt. Deinde oppidula et diuersoria ignobilia
transiēs / octo leucis in ditissimā / & vbiq; me-
morabilē ob magna cōmercia / & opulentos
mercatores Burgorū urbē me cōtuli. Et quā
potui breui scrutatus sum statum negotiorū
canonicatus mei ; cui nisi aduentu meo opē
ferrem / iussu dominorum imperialis consiliij
aduersario meo / prētendēti se expoliatū fui
se / redderetur possessio : nimirum cum nullus
eo vsq; causam meam quasi desertam tuere-
tur. Sed cognita veritate ; tam a procuratore
magnifici capituli almę ecclesie Toletanę / q̄
a domino Blasio Cauallero / quem vt patrē
& dominum semper colui / noluerunt domini
cōsiliarij amplius negotio ad eos minime per-
tinēti se imiscere. Et prēdictus dominus Blas-
sius re & nomine splendidus eques / post alia
m iij

quot dies deliberata causa me in urbem hanc
inclitam Toletum, que soli benignitate, for-
tunis, & tractu coeli, cunctas præcellit, se-
cum duxit, atque eius domo honorifice hospi-
tatus, quousque lares componerent. Et quia a
Burgis Toletum usque loca omnia sunt omni-
bus nota, ne prolixus molestus ve iudicer,
consulto prætereunda duxi. Finiens itinera-
rium hoc ad laudem dei omnipotentis, qui
dignetur ex hac militia, ad quam me im-
meritum vocavit, in æternam & peren-
nem gloriam perducere. Per redem-
ptorem dominum nostrum Je-
sum Christum, qui cum eo
atque spiritu sancto vi-
uit & regnat per in-
finita sæcula sæ-
culorum.

Amē.

**Finis Itinerarij Adriani sexti
pontificis maximi.**


Laus deo.


MELCHIOR DE FVNES IN
iure Cefareo licenciatus ad lectorem.

Ceffera quondam
Pontificali
Sede locatum
Mors Adrianum
Nomine sextum
Sustulit omni
Corpore: verum
Accipe quantus
Candide lector
Accipe qualis
Egerit ille
Quæ tibi narrat
Omnia vidit
Historicisq;
Verior ergo est
Blasius ortiz.



Excusum Toleti per Ioānem ab Ayala Typ
pographum. Anno ab assertore liber
tatis humane. M. D. XLVI.
Idibus Nouembris.









BLASII
ORTIZII
OPERA.

